

DOXOLOGIA

DEI SANCTI,

ET SANCTIFICATORIS SANCTE COLENDI,

EX SANCTIFICATIONIBUS LEVITICI.

Afferte Domino, filii Dei : afferte Domino filios arietum.  
Afferte Domino gloriam et honorem : adorate Dominum in atrio sancto ejus.  
Offerte holocausta, mincha, pacifica, pro peccato : victimas et holocausta vestra pingueuant.  
Holocausta medullata offerte cum incenso arietum : offerte boves cum hircis.  
Verum jam holocausta, et pro peccato noluisti, Domine : cum apparuit Christus vera pro peccato victimam, et dixit : Ecce venio.  
In capite libri scriptum est de me, ut faciam voluntatem tuam, Deus : Deus meus, volui, et legem tuam in medio cordis mei.  
Imola Deo sacrificium laudis : et reddite Altisimae vota tua.  
Sacrificium laudis honorificabit eum : et illuc iter, quo ostendet tibi salutare suum.  
Sacrificium Deo spiritus contributatus : cor con-tritum et humiliatum, Deus, non despice.  
Dirigatur, Domine, oratio nostra, sicut incensum in conspectu tuo : elevatio manuum nostrarum, sic sacrificium vespertino.  
Scutum in holocausto arietum et taurorum : et scutum in milibus agnorum pinguum.  
Sie fiat sacrificium nostrum in conspectu tuo, ut placeat tibi : quoniam non est confusio confuditus in te.  
Et nunc sequimur te in toto corde : et timemus te, et querimus faciem tuam.  
Ignem divinum in altari cordis nostri, Domine Iesu, jugiter inflamma : quem venisti mittere in terras, et voluisti vehementer accendi.  
Elegit et excelsum fecit Dominus Aaron ; statuit ei testamentum eternum : ut doceret Jacob testimonia, et in lege sua lucem daret Israeli.  
Dedit illi sacerdotum gentis : sacrificia ejus quotidie igne consumpsit.  
Complevit Moses manus illius : et unxit eum oleo sancto.  
Induit eum stolam glorie : tiara coronavit eum, in vasis virtutis.  
Quasi stella matutina in medio nebulæ, et quasi sol resplendens : sic ille effulgit in templo Dei.  
Oblatio regis excelsi in manu ejus : libavit ad basin altaris de sanguine uva.  
Tunc exclamaverunt filii Aaron, in tubis due-

tilibus sonuerunt : vocem magnam dederunt psalientes Domino.  
Cecidit omnis populus in faciem suam, adorans Dominum : et dedit preces omnipotenti Deo excelsi.  
Tunc descendens manus suas extulit in omnem congregationem Israel : benedixit ei in nomine Domini.  
Iteravit orationem suam, petens dari populo iucunditatem cordis, et fieri pacem in Israel, per dies semipertos.  
Nadab et Abiu obdulerunt ignem alienum: ignis egressa a Domino devoravit eos.  
Separavit Dominus animalia mundu ab immundis : velut ne immundi contaminarent animas suas.  
Sanxit in partu, in lepra, in fluxu semenis et sanguinis, purificationem, dicens : Sancti estote, quia ego sanctus sum.  
Sanxit in die expiations dari sortem caprorum, et pontificem expiare Sancta sanctorum.  
Sanguinem omnem et adipem sibi depositum : quia in manu ejus est mors et vita nostra.  
Sanxit legitima matrimonii : ne quis ad proximum sanguinis accedat.  
Sanxit tam sacerdoles, quam victimas esse sine macula : quia ipse sanctus est, et sanctificans eos.  
Sanxit celebrare phase, per ecclœstem, sabbata et tabernacula : ferias sanctas Domino.  
Bucinare in neomenia tuba : in insigni die solennitatis Israel.  
Sanxit sabbatum terræ, sanxit lætum jubilem : et in eo remissionem cunctis habitatoribus terra.  
Sanxit leges votorum, primogenitorum, decimorum : et cherem, sanctum sanctorum Domino.  
Vovete, et reddite Domino Deo vestro : omnes qui in circuitu ejus affertis munera.  
Non fecit taliter omni nationi : ceremonias, et iudicia sua non manifestavit eis.  
Mirabilia testimonia tua, Domine : ideo scrutata est ea anima mea.  
Da mihi intellectum, et scrutabor mandata tua : considerabo mirabilia de lege tua.  
Gloria Patri, et Filio, et Spiritui Sancto : sicut erat in principio, et nunc, et semper, et in secula seculorum. Amen.

COMMENTARIA

IN NUMEROS.

ARGUMENTUM.

Liber hic hebreo a sui initio dicitur נָבָרֵךְ וְתִדְבֹּרְךָ, id est locutus est. Graci ἀπόκρισις, et eos secuti Latini Numeros eum vocaverunt, eo quod liber hic a censu et numeratione populi incipiat, quodque multas capitulationes et numerationes hoc libro percurrentur, ut bellum in Israel, capitulum 1; primogenitorum et Levitarum, cap. III; mansionum in deserto, cap. XXXII. Denique eo quod hoc libro hebrei in suis numeris, id est ordines, turmas et acies distribuuntur: numerus enim subinde accipitur pro certa ratione atque ordine, ut apud Virgilium, Eneid. XI :

Etrusci duces equitumque exercitus omnis,  
Compositi numero in turmas.

Sic milites dicebantur referri in numeros, cum in suis ordinis distribuebantur, in eorumque catalogum inscriberantur.

Materia libri est, partim historia peregrinationis Hebreorum per desertum tendentium in Chanaan: hanc enim in Exodo coptam hic perfexit Moses; partim variae numerationes, partim precepta Dei positiva, hinc inde immixta. «Numeri, inquit S. Hieronymus in Prologo Galateo, nonne totius

Arithmetica, et prophetæ Balaam, et quadriginta diuina per cremenum mansionum mysteria continent?» Ob novam hanc materiam, nova est hic sectio Pentateuchi, novusque liber Numerorum, a Levitico et aliis dissecatus et distinctus.

Genset Abulensis Mosen Exodo, maxime capitulo XX, complexum esse precepta moralia sive naturalia, Levitico ceremonialia, Numeris iudicalia. Verum hoc per omnia verum non est: nari et judicialia pertinet exodi XII et XIII, atque hic in Numeris tam, imo magis ceremonialia, quam judicialia, hinc inde immisces.

Liber hic complectitur historiam et gesta Mosis ac Hebreorum, a 2 mense anni secundi egressus eorum ex Egypto, usque ad finem pene vite Mosis, sive peregrinationis 40 annorum in deserto, videlicet usque ad initium mensis undecimi anni quadragesimi. Non ab illo mense 11 anni quadragesimi incipit sequens liber Deuteronomii, ut patet conferente vers. 1, cap. I Numeri, cum cap. I Deuteronomio, vers. 3. Continent ergo Numeri gesta circiter 39 annorum, videlicet ab anno mundi 2433 usque ad annum 2194, quod fuit ab anno a diluvio 798 ad annum 837.

Benjamin per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 37. triginta quinque millia quadrangenti. 38. De filiis Dan per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 39. sexaginta duo millia septingenti. 40. De filiis Aser per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 41. quadragesita millia et mille quingenti. 42. De filiis Neftali per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt nominibus singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 43. quinquaginta tria millia quadrangenti. 44. Hi sunt, quos numeraverunt Moyses et Aaron, et duodecim principes Israel, singulos per domos cognitionum suarum. 45. Fueruntque omnis numerus filiorum Israel per domos et familias suas a vigesimo anno et supra, qui poterant ad bella procedere, 46. sexenta tria millia virorum quingentis quinquaginta. 47. Levita autem in tribu familiarium suarum non sunt numerati cum eis. 48. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : 49. Tribum Levi noli numerare, neque ponas summam eorum cum filiis Israel ; 50. sed constitui eos super tabernaculum testimonii, et uncta vasa ejus, et quidquid ad cæremonias pertinet. Ipsi portabunt tabernaculum et omnia utensilia ejus; et erunt in ministerio, ac per gyrum tabernaculi metabantur. 51. Cum proficisciendum fuerit, deponent Levitas tabernaculum : cum castramentum, erigent; quisquis exterorum accesserit, occidetur. 52. Metabantur autem castria filii Israel unusquisque per turmas et eis atque exercitum suum. 53. Porro Levitas per gyrum tabernaculi fident tectoria, ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel, et excubabunt in custodiis tabernaculi testimoniis. 54. Fecerunt ergo filii Israel juxta omnia que præcepérat Dominus Moysi.

**VERA. 4.** **1. LOCUTUSQUE EST DOMINUS, — puta angelus Domini, Dei personam gerens : nam omnia haec per angelum esse dicta et gesta ostendit Exodi m. 2; Levit. i. 1. Utitur enim Deus angelus quasi administrator spiritibus, ut per eos illuminet homines; hic enim congruus et suavis est ordo divinae Providentie. Liceat ergo populus ipsum Deum cum Mose collectum, eique immediate haec præcepta tradidisset, Moses tamen ex continuo cum eo colloquio, tandem intellexit non esse Deum, sed angelum Dei. Agebat enim cum eo assidue et familiarissime. Ita Abulenus. Postquam ergo Moses agnitus eum esse angelum, eum non adoravit latrui, sed in adoratione haud mentem ad Deum angelum Dominum direxit. Itaque angelus hic vocatur Dominus, tum quia Dominum representabat; tum quia populus putabat eum non esse angelum, sed Dominum. Vide dicta Exodi xx. 4 et 2.**

**IN DESERTO SINAI. —** Omnia enim haec a capite primo usque ad cap. x. vers. 11, facta sunt in duodecima mansione que fuit in Sina, ut ostendit Exodi cap. xix, vers. 1.

**IN TABERNACULO. —** Non ergo in ostio tabernaculi, *in conspectu plebis* (uti alias aliquando) hic cum Mose loquebatur Deus, id est angelus Dei, sed ex ipso Sancto sanctorum, puta ex propria torio, ut patet cap. vii, vers. ult.

**2. TOLLITE SUMMAM UNIVERSE CONGREGATIONIS FILIORUM ISRAEL, — q. d. Accipite, sive inita numerum omnium Hebreorum, sive Israelitarum. Hebreus est, וְנִזְמָן נַעֲמָן seu et ros, id est tollite capitum, hoc est capitale, seu numerate capita omnia Hebreorum. Septuaginta vertunt, μέτρα ἀρχών, accipite imperium, ditionem et latitudinem populi, hoc est, numerate populum, ut videatis quoque se extendat ejus imperium et vires; nam in populi numero et multitudine consistit et terminatur populi imperium, jurisdictione et robur.**

**Nota :** Ter in deserto numeratus est populus Primo, in Sina ante fabricum tabernaculi, pro contributione ad eamdem faciendam, Exodi cap. xxxviii, vers. 25. Secundo, paucis post eam mensibus, scilicet post fabricatum et erectum tabernaculum, idque ob causam mox dicendam. De hoc secundo censu agitur huc capite. Unde et idem populi hic est numerus cum eo, qui fuit in priore censu, Exodi xxxviii, 25. Licit enim inter utrumque censum cassa sint 23 millia, ob adoratum vitulum aureum, tamen alii totidem interiorum eorum loco subintrarunt, qui videlicet paucis hisce mensibus annum vigesimum expleverant. Tertio, post multos annos numeratus est israel, non in Sina, sed in campis tribus Moab, idque ad distributionem eis terrarum promissam, quam jamjam ingressi erant, de quo agetur inferius, cap. xxvi.

## CAPUT PRIMUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Initus numerus filiorum Israel, a vige.imo anno et supra, per singulas tribus, inventique sunt universi 603350.*

**1.** Locutusque est Dominus ad Moy: in in deserto Sinai in tabernaculo foderis, prima die mensis secundi, anno altero egressionis eorum ex Aegypto, dicens : 2. Tollite summan universe congregationis filiorum Israel per cognitiones et domos suas, et nomina singulorum, quidquid sexus est masculini, 3. a vigesimo anno et supra, omnium virorum fortium ex Israel, et numerabitis eos per turmas suas, tu et Aaron. 4. Eruntque vobiscum principes tribuum ac dominorum in cognitionibus suis, 5. quorum ista sunt nomina : De Ruben, Elisus filius Sedeur; 6. de Simeon, Salamiel filius Surisaddai; 7. de Juda, Nathon filius Aminadab; 8. de Issachar, Nathanael filius Suar; 9. de Zabulon, Eliab filius Helon. 10. Filiorum autem Joseph, de Ephraim, Elisame filius Ammid; de Manasse, Gamael filius Phadassur; 11. de Benjamin, Abidan filius Gedeonis; 12. de Dan, Ahiezer filius Amisaddai; 13. de Aser, Phegiel filius Ochran; 14. de Gad, Elasaph filius Duel; 15. de Nephthali, Ahira filius Enan. 16. Hi nobilissimi principes multitudinis per tribus et cognitiones suas, et capita exercitus Israel : 17. quos tulerunt Moyses et Aaron cur omni vulgi multitudine, 18. et congregaverunt primo die mensis secundi, recensentes eos per cognitiones, et domos, ac familias, et capita, et nomina singulorum, a vigesimo anno et supra, 19. sicut præcepérat Dominus Moysi. Numeratique sunt in deserto Sinai. 20. De Ruben primogenito Israels per generationes et familias ac domos suas. et nomina capitum singulorum, omne quod sexus est masculini a vigesimo anno et supra, procedentium ad bellum, 21. quadragesita sex millia quingenti. 22. De filiis Simeon per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vingtis annis et supra, omnes qui ad bella procederent, 23. quadragesita quinque millia sexcenti quinquaginta. 26. De filiis Juda per generationes et familias ac domos cognitionum suarum, per nomina singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 27. recensiti sunt septuaginta quatuor millia sexcenti. 28. De filiis Issachar, per generationes et familias ac domos cognitionum suarum, per nomina singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui ad bella procederent, 29. recensiti sunt quinquaginta quatuor millia quadrangenti. 30. De filiis Zabulon per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt per nomina singulorum, a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 31. quinquaginta septem millia quadrangenti. 32. De filiis Joseph, filiorum Ephraim per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vigesimo anno et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 33. quadragesita millia quingenti. 34. Porro filiorum Manasse per generationes et familias ac domos cognitionum suarum recensiti sunt per nomina singulorum a vingtis annis et supra, omnes qui poterant ad bella procedere, 35. triginta duo millia ducenti. 36. De filiis

Queres, cur hic post paucos menses iteratus sit populi census? Respondeo: id factum est *primo*, ad eastram Hebreorum, quae brevi ex Sina movenda erant, et aciem bellatorum melius et ordinatus instruendam. *Secunda*, ut census et numerus multitudinis cuiusque tribus certo et exacte constaret, ad hoc, ut ordinata et apta fieret tribuum omnium, in eastris, circa tabernaculum jam recenter erectum dispositio et distributio.

*Nota secunda*: In hac numeratione singuli numeri perveruntur dividimus sicut, haec enim iussit Dominus, Exodi xxx, 12.

Nota *tertia*: Nulli proselyti, nulli *Egyptii*, aut ex gentibus oriundi, quorum magna inter Hebreos erat multitudine, ut patet Exodi xii, 35, hic numerantur; sed soli et omnes Israelites masculi (exceptis *Levitis*) qui annum vigesimum compleverant. Quare nee pueri, nee feminæ numerari sunt, quia ob imbecillitatem vel etatem vel sexum ad bellum inepti, divinis calculis apti non sunt habiti, ait Origenes, homil. 4: ubi et huius rei hanc tropologicam causam assignat: «Donec, inquit, inest alesui nostrum vel puerilis, vel lubricus sensus, vel feminæ et resolute segnitas, vel *Egyptios* et barbaros mores gerimus, haberi apud Deum in sancto et consecrato numero non meremur. Innumerum enim apud Salomonem dieuntur esse qui pereunt, numerati autem omnes illi qui salvantur», puta qui cum uno hoste bellant, decertant et vincunt; hinc suis aut Christus: «Vestri capilli capitum omnes numeratis sunt»; et Psaltes: «Qui numerat multitudinem stellarum, et omnibus eius nomina vocat.»

3. A VIGESIMO ANNO ET SUPRA, — quia ab anno etas bellatorum incipit, indeque porrigitur ad annum sexagesimum, et subinde ulterius; omnes enim et soli illi hic numerantur, qui poterant ad bella procedere, ut patet in enumeratione singularium tribuum; quare plane decrepiti, v. g. octogenarii, non fuerunt hic numerati, licet id velit Abulensis.

OMNIA VIRORUM FORTIT. — Hinc patet omnes Israelitas mira Dei providentia in deserto fuisse fortes, neminem debilem, neminem ægrum; omnes enim numerati sunt: omnes autem numerati fuerunt fortes, ut hic dicunt; et hoc est quod canit Psaltes: «Non erat in tribibus eorum infirmus.»

4. RESUNTOB VOBISQUM PRINCIPES TRIBUUM. — Princeps tribus erat primogenitus, qui ab ipso capite tribus, sive a patriarcha, v. g. a Juda, directe per lineam primogenitorum descendebat; simil modo princeps familiarum, de quibus cap. xxvi, erant primogeniti istius familie. Sic et nunc in nominibus regnūs, maxime in Scotia, Hibernia, Anglia, principes familiarum sunt primogeniti, et qui ab his primo descendunt, eisque quasi duabus tota familia in rebus civilibus, in bellis, immo et in injuriis uelocissimis individuise adhaeret.

In castris enim tota pena vis belli consistit in

duce et principe. Unde melior et «formidolosior exercitus cervorum dux leone, quam leonum dux cervo.» Brasidas apud Thucydidem, «tria requirebat in hono milite: velle, veneri, obedire;» ita «in duco tria requiruntur: sapientia, fortitudo, vigilancia.» Unde Carolus V aiebat in castris optare ducem Italum; Itali enim vigilis sunt, sagaces et animosi. Tales sepe sunt, vel presumunt esse primogeniti: quare hic in duces eliguntur.

Excipe hic principes Levitarum: hi enim non erant semper primogeniti, sed ad placitum constituebantur; id colligunt ex eo quod Elisaphan princeps Caathitarum patrem habuit Oziel, minimum natu filiorum Caath, filii Levi, ut patet cap. vi, vers. 19 et 30.

Alligore et tropologicice, hic 12 principes representarunt duodecim Apostolos, virosque Apostolicos, qui totum Israelem, id est omnes gentes, ex *Egypto*, id est ex angustiis peccati, eduxerunt, a Pharaone, id est diabolo, liberarunt, atque in Chanaan, id est colum deduxerunt. Ita Thomas duxit Indos, Andrea Achivos, Joannes Asianos, Thaddeus Mesopotamicos, Chanaaneus *Egyptios*, Bartholomeus Armenios: hi nobis sunt stimuli. Audiant sacerdotes, audiant Theologi, audiant Pastores et Prelati, audiant Religiosi. Chrysostomus, homil. 47 in *Math.*: «Si duodecim homines, inquit, puta Apostoli, totam pene farinam orbis fermentarunt; animo versa quantitas nostra malignitas atque ignavia, qui cum iam innumeris simus, has gentium reliquias convertemus non possumus, qui vel milli mundis satisfaciebemus.»

Respic nos ex alto, Domine Jesu, emite in nos ignem, quem venisti mittere in terram, et voluisti vehementer accendi. Misisti hunc ignem, ut alios taceam, in S. Xaverium, ut diceret Indos et Iaponios; in Gasparem Barzeum, ut diceret Armuzios; in Andream Oviedo, ut diceret Abassinos, in Matthaeum Ricciem, ut diceret Sinas; in Stephanum Anchietam, ut diceret Brasilios: emite eundem in nos.

O Societas Jesu (licet enim filio matrem dulcissimum aliquo, cui se omnia sua debet), que regnum Jesu tota orbe propagare satagis, que spiritum Jesu Apostolicum a Ieo accepisti, que terras et maria permeas usque ad Sinas et Indos, que cosmopolitana te reputas, que famem, simum, astus, frigora, naufragia, persecutions, mortes, martyria pro Jesu fortiter subis; que aureis charitatis alis gentes barbaras, pauperes, miseris complectevis; que innumeram animarum milia in infernum ruenter liberas, et in colum traducis: macte animo, perge que pergis, age fortiter quod agis, non parcas sudori, sanguini, vite tua: «Intende, prospere procedi, et regna.» Tertius fructus labori tuo: erit merces operi tuo, et merces magna nimis, cum post te greges animalium salvandarum duces, quae tibi in omnem

eternitatem, coram Deo et angelis, salutem suam acceptam ferent.

Aduo per praecepta gloria vadit iter.

5. DE RUBEN. — Nota: Tribus et patriarchæ, puta 12 filii Jacob hic recensentur ordine tori, ut scilicet primo numerentur filii prime uxoris Jacob, puta Lia: scilicet *primo*, Ruben; *secundo*, Simeon; *tertio*, Juda; *quarto*, Issachar; *quinto*, Zabulon; deinde Racheli, scilicet *sexta*, Ephraim; *septimo*, Manasse; *octavo*, Benjamin: tertio ancilarum, scilicet *nono*, Dan; *decimo*, Aser; *undevigesimo*, Gad; *duodecimo*, Nephali: ubi nota confusum esse ordinem in Neptali; nam Neptali, uti et Dan, filius erat Bale, ac consequenter preponendus erat Aser et Gad, filius Zelpha; tercia enim Jacob oxo fuli Balu, quam ei pro se substitut Rachel, utpote sterilis: quarta vero Jacobi uxor fuit Zelpha, quam Jacobo addidit Lia, cum parere desineret.

Alius harum tribum est ordo paulo post, vers. 20 et seq., ubi inuitus numerus capitum in singulis tribus: ibi enim describitur ordo metations castrorum, quemque tribus habebat circa tabernaculum. Unde ibi primi sunt Ruben, Simeon et Gad, qui ad Meridem tabernacula sua metastabantur; secundi sunt Judas, Issachar et Zabulon, qui erant ad Orientem tabernaculi; tertii sunt filii Racheli, puta Ephraim, Manasse et Benjamin, qui erant ad Occidentem tabernaculi; quarti sunt Dan, Aser et Nephali, qui erant ad Septentrionem tabernaculi, de quo plura capitulo sequenti.

9. FILIORUM AUTEM JOSEPH: DE EPHRAIM. — Nota: Tribus Joseph fuit a Jacob patre in duas divisas, scilicet in Ephraim et Manasse, qui fuerunt duo Josephi filii, ab avo Jacobo adoptati, uti dixi Gen. xlvi, 3.

Rursum, Ephraim hic preponitur Manasse, quia ei ab avo Jacobo prelatus est Genes. xlvi, 19; ideoque Josephus, lib. III *Antiq.* cap. xi, at Ephraim successisse patri, essecque et vocari tribum Joseph: Manasse vero surrogatum esse Levi ad exemplum numerum 12 tribuum, juxta 12 filios Iacob. Hi enim fuerunt 12 Patriarchæ, id est, duodecim capita et principes tribuum ex se progenitarum. Nam Levi hic et alibi non numeratur, ut patet vers. 49.

46. HI NOBILISSIMI. — Hebrews הָרִירַתְּ קֶדֶשׁ הָאֱדֹת (quo Hispani simili voce nuncupant criados del Rey), id est, vocati congregacionis, qui scilicet et tribu a Moysi evocati et selecti sunt in principes tribuum, quicunque ab eo evocari solabant ad concilium, in quo de communis populi et tribuum bono tractabantur. Haec Tatablus et Olesander. Chaldeus vertit, hi nuncupati congregations, id est, hi illustres et famosi, utpote principes tribuum.

Tripli citer ergo hic 12 principes dieuntur *kerie*, id est vocati: primo, quia vocati fuerunt a Deo et

(t) Quod in omnibus, quos singula tribus dederunt numeris, nulle plane comparant unitates supra denarios adiectas, hanc rationem dat Rosenmullerus: «Census, sit, qui hic describitur, ideo erat institutus, ut ille ex Israëli, qui ad militiam apti essent eligeretur, et suo quicunque loco in exercitu collocaretur. Hoc igitur electos depositus Moses, plane ut etiamnam in nostris exercitibus fieri solet, in centuriis et decuriis, relictis singulis, qui redundant, quanquam vigesimum annum juva attigissent. Ex his relictis sumebantur procul dubio, si alia ex causa ad militiam inepti facti essent, afflì essent restituentur. In hoc autem capite hi tantum numerantur, qui centuriis et decuriis explentur: hinc factum est, ut nullo unitates supra decadas occurrant.»

## CAPUT SECUNDUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

Disponuntur castra duodecim tribuum Israel circa tabernaculum, per quatuor mundi plagas, in quatuor aries: quo tropologice significatur reges, principes et quoslibet fideles Ecclesiam protegere et propugnare debere.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron dicens: 2. Singuli per turmas, signa, atque vexilla, et domos cognationum suarum, castrametabuntur, filii Israel, per gyrum tabernaculi federis. 3. Ad Orientem Judas figet tentoria per turmas exercitus sui; eritque princeps filiorum ejus Nahasson filius Aminadab, 4. et omnis de stirpe ejus summe pugnantium, septuaginta quatuor milia sexcenti. 5. Juxta eum castrametati sunt de tribu Issachar, quorum princeps fuit Nathanael filius Suar, 6. et omnis numerus pugnatorum ejus, quinquaginta quatuor milia quadraginti. 7. In tribu Zabulon principes fuit Eliab filius Helon; 8. omnis de stirpe ejus exercitus pugnatorum, quinquaginta septem milia quadrangenti. 9. Universi qui in castris Iudea numerati sunt, fuerunt centum octoginta sex milia quadrangenti, et per turmas suas primi egredientur. 10. In castris filiorum Ruben ad meridianam plagam erit princeps Elisur filius Sedeur, 11. et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta sex milia quingenti. 12. Juxta eum castrametati sunt de tribu Simeon, quorum princeps fuit Salamel filius Surisaddai. 13. Et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quinquaginta novem milia trecenti. 14. In tribu Gad princeps fuit Eliasaph filius Duel, 15. et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta quinque milia sexcenti quinquaginta. 16. Omnes qui recensiti sunt in castris Ruben, centum quinquaginta milia, et mille quadrangenti quinquaginta per turmas suas: in secundo loco proficiscentur. 17. Levabitur autem tabernaculum testimoni per officia Levitarum et turmas eorum: quomodo erigetur, ita et deponetur: singuli per loca et ordines suos proficiscentur. 18. Ad occidentalem plagam erunt castra filiorum Ephraim, quorum princeps fuit Elisama filius Ammiud. 19. Cunctus exercitus pugnatorum ejus, qui numerati sunt, quadringinta milia quingenti. 20. Et cum eis tribus filiorum Manasse, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadassur, 21. cunctusque exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, triginta duo millia ducenti. 22. In tribu filiorum Benjamin princeps fuit Abidan filius Gedeonis, 23. et cunctus exercitus pugnatorum ejus qui recensiti sunt, triginta quinque milia quadringinti. 24. Omnes qui numerati sunt in castris Ephraim, centum octo milia centum per turmas suas: tertii proficiscentur. 25. Ad Aquilonis partem castrametati sunt filii Dan, quorum princeps fuit Ahiezer filius Amisaddai. 26. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, sexaginta duo milia septingenti. 27. Juxta eum fixere tentoria de tribu Aser, quorum princeps fuit Phegili filius Ochrana. 28. Cunctus exercitus pugnatorum ejus qui numerati sunt, quadraginta milia et mille quingenti. 29. De tribu filiorum Neptali princeps fuit Ahira filius Enan. 30. Cunctus exercitus pugnatorum ejus, quinquaginta tria milia quadringenti. 31. Omnes qui numerati sunt in castris Dan, fuerunt centum quinquaginta septem milia sexcenti; et novissimi proficiscentur. 32. Hic numerus filiorum Israel, per domos cognationum suarum et turmas divisi exercitus, sexcenta tria milia quingenti quinquaginta. 33. Levita autem non sunt numerati inter filios Israel; sic enim praeceperat Dominus Moysi. 34. Fueruntque filii Israel, iuxta omnia quæ mandaverat

castrorum metatione Levite non collocarentur cum aliis tribubus, eo quod circa ipsum tabernaculum ejus ministeris deputati versarentur, ut patet vers. 30, ideoque a 42 tribibus secreti essent, tanquam pars et tribu Domini, ejus servitio dicata.

30. ET QUIDQUID AD CEREMONIAS PERTINET, — id est, omnia vasa, omnisque supellex pertinens ad cultum, ritus et ministeria tabernaculi; unde hebreice est, et quidquid ad illud, scilicet tabernaculum, pertinet.

AC PER GYRUM TABERNACULI METABUNTUR. — Per tabernaculum hic simul ejus atrium intellige, q. d. Levite circa atrium, quasi custodes et ministri ejus, castra sua metabantur, ne alii, utpote laici, ad atrium et tabernaculum propriis castro metentur, idque ad atrii et tabernaculi, Deinde ipsius cultum et reverentiam.

Erant ergo Moses et Aaron ad ostium tabernaculi, puta ad Orientem; Gersonite vero ad Occidente tabernaculi; Merarite ad Aquilonem; Caathite ad Meridem, ut diecir cap. iii; hisce deinde undequaque se circumfundebant 12 tribus.

31. CUM CASTRAMETANDUM, — cum casta locanda et figenda erunt; opponitur enim metatio castrorum profectio eorumdem.

QUSQVIS EXTERNORUM ACCESSET, OCCUDETUR, — q. d. Si aliquis qui non est de tribu Levi accesserit, ut figat castra cum Levitis, iuxta atrium; aut tabernaculum deponeat et erigere, vel portare presumperit, occidetur, vel a judice, vel a Deo pecuniarum vindicta. Statuit hoc Deus, ut dixi, ob reverentiam loci sacri, puta tabernaculum quod erat quasi templum mobilis Hebreorum per desertum; unde subdit: « Ne fiat indignatio super multitudinem filiorum Israel », si videlicet ipsi contra mandatum hocce meum ad atrium tabernaculi accederet, et castra metari presumperint.

32. PER TURMAS ET CUNEOES. — Hebreice, per te villa sua, de quibus cap. sequenti.

33. ET EXCUBABUNT IN CUSTODIA TABERNACULI TESTIMONI, — q. d. Levite vigilantes custodiunt tabernaculum, ejusque vasa, maxime ne quis exterorum accedat, aut illud pollicat. Dicitur « tabernaculum testimonii », id est legis, quia continet tabulas lapideaes divine legis, sive decalogi, ut dixi Exodi xxv, 16.

Alligore, Israhelite et duodecim eorum tribus significant fides omnium gentium, qui numerati sunt et inscripti catalogo Ecclesiæ, ac libro vite, saltem inchoato. Huc alludit Christus, Matthæi xix, 28, ubi ait Apostolos iudicatores 12 tribus Israel, id est omnes fides omnium gentium; et S. Paulus, Rom. ix, 8, ubi docet fideles quosvis esse Israhelites, et filios Abraham, non secun-

dum carnem, sed secundum spiritum. Et S. Johannes, Apoc. xxi, 10 et 12, ubi vidit Jerusalem novam descendente de celo, habentem portas 12, et eis inscripta nomina 12 tribuum Israel; nam 12 tribus significant universitatem Sanctorum: duodenarius enim est numerus perfectus, ideoque est symbolum universitatis; de hoc plura dicam cap. ii, vers. 2, Quæst. III.

Tropologicus Rupertus: Hee, ait, nomina omnium nostrorum professione significant, qui in presenti vita currimus, atque non in nube et mari, sed in eo quod per haec significatum est, baptizati sumus, ac spiritualiter escam manducamus, et spiritualiter potum bibimus de petra, que jam non in figura, sed in veritate est Christus. *Ruben* ergo est, qui multis Deo parit filios: Ruben enim hebreice idem est, quod videtur filios. *Elsur* idem est, quod parus meus fortis. *Sedeur* idem est, quod uberum lux. *Simeon* est audiens tristitiam, vel obediens. *Salamel* idem est, quod retrobuiens mihi Deus, vel par mea Deus. *Surisaddai* est continuus ubera mea, vel fortis meus Dominus. *Judas* est confessio. *Nahasson* est serpentinus (prudens et serpens), vel aurigum. *Aminadab* est populus mei spontaneus. *Issachar* est merces. *Nathanael* est donum Dei. *Suar* est pusillus. *Zabulon* est habitaculum fortitudinis, vel doloris. *Eliab* est Deus meus pater. *Helon* est exercitus fortitudi. *Joseph* est augmentum. *Ephraim* est frugifer, vel crescens. *Elisama* idem est, quod Deus meus auditivus. *Ammiad* est populus meus inclytus. *Manasse* est oblitio. *Gamaliel* est retributio Dei. *Phadassur* est redemptio fortis. *Benjamin* est filius dextrae. *Abidan* est pater meus iudex. *Gedeon* est successio iniquitatis; perperam enim Rupertus ex S. Hieronymo in Nomina. Hebr. (qui liber non videtur esse S. Hieronymi, aut certe hec, et similia parum congrua, ei a scolio aliquo inserta sunt) *Gedeon* putat idem esse, quod tentatio iniquitatis. *Dan* est iudicium. *Ahiezer* est frater meus adjutor. *Amnisaddai* est populus meus sufficiens. *Aser* est beatus. *Phegili* idem est, quod occurre mihi, Deus. *Ochrana* idem est, quod turbavit eos, puta infernales potestates. *Gad* est accinctus. *Eliasaph* idem est, quod Deus meus congregavit. *Duel* idem est, quod cognoscit Deum. *Neptali* est distorquens, vel luctans. Rupertus ex S. Hieronymo, *Neptali*, ait, idem est, quod נְפָתֵל pater, id est dilatavit me; verum haec non est origo nominis *Neptali*, sed prior jam dicti, ut patet Genes. cap. xxx, vers. 8. *Ahira* est frater mei amicus. *Henan* est nubes. Tales debent esse veri Israhelite, filii Abraham, puta fideles; maxime Principes et Prelati Ecclesie, quibus haec omnia sigillatim adaptat Rabanus.

Dominus. Castrametati sunt per turmas suas, et profecti per familias ac domos patrum suorum.

**2. SINGULI PER TURMAS, SIGNA ATQUE VEXILLA, ET DOMOS COGNITIONIS SUARUM CASTRAMETABUNTUR.** — Hebraice, singuli *juxta vexillum suum, in signis domus patrum suorum castrametabuntur*. Unde videtur quod praeter vexillum unum commune unum aetie, fuerint alii quoque vexilla specialia dominorum, id est familiarium, vel potius tribuum singularium; quilibet ergo tribus praeter unum commune et archiducem, videtur insuper aliud proprium habuisse vex illum (1).

Queres *primo*, quomodo hec dispositio castorum et tribuum duodecim circa tabernaculum sit facta? Pro responsive nota tabernaculum, et atrium ambiens tabernaculum, quadratum vel potius quadrangulum fuisse. Nam atrium in longitudine habebat cubitus centum, in latitudine quinquaginta; latus ergo meridionale et septentrionale (que erant latera longitudinis) habebant singula centum cubitos. Unde sequitur castra Hebreorum circa atrium disposita fuisse in quadratum, fuisseque quadrata, que castorum figura est optima, inquit *Vestigii trajecta de re militari*.

Traditum Hebreis Israëlitas ita castrametatos esse circa tabernaculum, ut unum miliaire interfuerit, hoc est spatium mille passuum, idque tum reverentie, tum spati et commodatis causa; et hoc fuisse iter sabbati, quo in sabbato non liberabatur iterus progreedi. Quod si verum est, magna fuit et miliarium milliarium hec castrorum Israëlis expansio in deserto. Si jussit Deus ut area precederet castra in transitu Jordani ad spatium cubitorum bis mille, *Josue* iii, 4: intellige huc de castris laicorum; nam castra Levitarum custodiens tabernaculum erant juxta ipsum circumferentia, ut et habitat Mosis et Aaronis, nunc.

Dico: Circa atrium erat primum quadratum, seu castra quadrata Levitarum: nimil Moses et Aaron erant ad Orientem, ad ingressum atrii; Geronites erant ad Occidentem, Merarites ad Aquilonem, Castithae ad Meridiem; post hos erat secundum quadratum, seu castra quadrata aliorum Israëlitarum, puta duodecim tribum, que distributa erant circa atrium et castra Levitarum, ita ut ad quodque latus quadrati, sive ad quilibet mundi plagam disposite essent tres tribus, ne consequenter duodecim tribus ita collocante faciebant quatuor terniones sive aries, atque in quolibet ternione sive acri, prima erat tribus aliqua insignior, quae celeris praebat, eratque quasi archiducalis, ut scilicet hac ratione quatuor tribus insigniores, quasi archiducis, ministrarent.

(1) Totus Israëlitarus exercitus in quatuor agmina erat divisus, quorum quodque **לְבָנָה** signo habuit. Singularium tribuum et familiarium signa vocantur **לְפָנִים**. Hoc agitur erant **signa minora**, ut in exercitu Romæ signa singularium cohortum.

quatuor cornua et latera exercitus, a quibus ceterae tribus et castra omnia denominabantur, ut vexillum Ruben, verbi gratia, indicabat et denominabat omnia castra ad Meridiem sita. Ruben enim senior erat Simeone et Gad associis suis ad Meridiem, et ita de ceteris. Itaque ad Orientem expansum erat vexillum prime acri, putus archiducis Iudee, sub quo ordine suo ad **אֶלְעָזָר** latus consecutaberat, primo Issachar, deinde Zabulon. Ad Austrum erat vexillum Ruben, sub quo pone erat Simeon, deinde Gad. Ad Occidentem erat vexillum Ephraim, sub quo pone erat Manasses, deinde Benjamin. Ad Septentrionem denuo erat vexillum Dan, sub quo pone erat Aser, deinde Nephtali. *Egyptios autem et Gentiles alios*, qui Hebreos ex *Egypto* seculi fuerant, verisimile est hic fuisse immixtus; unde simul cum eis murmur et murmur concitate solebant.

Nota: Inter omnes archiducis et prima tribus *Prima in ad Orientem sita era Iudea. Primo*, quia hec tribus erat numerosior et fortior, ideoque regnum illi a Iacob consignatum est, *Genes. xlii, 40*, ut scilicet tribus hec regia et fortissima sum regeum factum tuer posset. *Secundo*, quia ex hac tribu nascitur erat Christus. Ita Theodoretus *hunc. Quest. III.* Tribus vero Dan fuit ad Aquilonem, quia ab Aquiloni pandit omne malum; ex Dan autem nascetur pessimus Antichristus. Ita Rubenus et Radulphus in cap. *xxv. Levit.*

Nota *secundo*: Hic quadratus tribuum situs et ordo tantum erat tunc, cum castra figebant: nam cum ea movebant, alias erat ordo; non enim agmine quadrato, sed longo et extenso singula tribus alias post alias seorsim incedebant, ut patet vers. 9.

Tropologice, quomodo quicquid secundum signa sua, id est ordinem et gradum vocations, gratus et status sibi dati vivere, in eoque quiete sese confinere debeat, docet Origenes hic, *homil. 2*. Quares *secundo*, que et qualia insignia habuerint hec quatuor archiducum tribuum vexilla? Tradunt Hebrei et Rabbini scribentes in hoc caput, vexilla hec habuisse effigies quatuor animalium, scilicet leonis, hominis, bovis et aquile. Hebreos sequitur Andreas Masius in cap. vi *Josue*, vers. 9, ubi sic ait: « Tradunt Hebrei primum vexillum primipilarum tribus Iudea cum suis habuisse effigiem leonis pro insigni; secundum vexillum Rubenitarum habuisse effigiem hominis effigiem cum mandragoris, quas ad matrem attulerauit Ruben, *Genes. xxx, 14*; tertium vexillum Ephraim habuisse imaginem bovis; quartum Danitarum habuisse effigiem aquile. Quae sane aplo type significabat proprialitorum nostrorum, scilicet Christum arcuatum ejus, scilicet Ecclesiam, que inter hec quatuor vexilla sita erat, per quatuor

Evangelistarum signa ad omnes mundi plagas diffundenda esse. » Idem docent Vilpandus, *De Templo*, tom. II, part. II, lib. V, disput. 2, cap. XXIX, et Hieronymus Prado in cap. i *Ezech.*, pag. 44, qui ex Hebreis ita haec describit: « Singuli duces tribuum propria gestabant insignia, parentum scilicet stemmata in vexillis depicta. Ad Orientem ergo, supra papilonem Naasson primogeniti Iudee colluebat vexillum viridis coloris, quem sibi colorum assumpsit, quoniam in viridi lapillo, smaragdo scilicet, parentis Iudee nomen erat exaratum in Rationali Pontificis, hoc est in bula ejus pectorali, in qua visibatur has civilitatis et nobilitatis Israëlitarum, puta singularem duodecim tribuum; in quo vexillo depictus erat leo, sterna et hieroglyphicum parentis Iudee; nam hunc leoni comparaverat Jacob dicens: *Catus leonis Iuda*. Ad Meridiem, super tentorium Elisur filii Ruben eminebat vexillum rubrum, referens colorem sardi, in quo erat nomen patris, puta Ruben, scriptum in Rationali; symbolum autem in hoc vexillo depictum visibatur humanum caput, eo quod Ruben esset primogenitus et familiis caput. Ad Occidentem, surgebant in altum supra tentorium Elisama filii Ephraim vexillum aureum, in quo exaratum visibatur caput vituli (eo quod avus ejus Joseph per visionem vitulorum sive boum, predixisset et providisset fami *Egypti*: unde et *Egypti* unus specie bovis coluerunt, vocaruntque Apul vel *Sarapin*, ut dixi *Genes. xl*, in fine; unde et Moses postea, *Deuter. xxxiii, 17*, benedicens tribum Ioseph, puta Ephraim, ait: « Primogeniti tauri pulchritudo ejus ». Aures vero splendor vexilli Ephraim similitudine fulgorem chrysoltini, in quo scriptum erat nomen Ephraim in Rationali. Ad Aquilonem plagam, fluctuabat super tentorium Ahiezer filii Dan variegatum signum ex alba et rubro colore ad instar jaspidis (ita Prado, sed verius est Dan in Rationali fuisse inscriptum carbunculus, ut dixi *Ezech. xxvii, 18*; addit jaspides fere esse virides, non albos et rubros), in quo celatum erat nomen Dan in Rationali: hujus stemma fuit aquila serpentibus inimica, ab archiduice vice serpentis electa, quoniam avus Jacob postea Dan contulerat colubro, dicens: « Fiat coluber in via, cerasites in semita; cuius loco Ahiezer posuit aquilam, que ungubus arreptum gestaret colubrum vel draconem; quod Lacedemoniorum quoque fuit stemma, quo etiam ipsi obsignarunt litteras ad Judeos consanguineos suos transmissas, » ut testatur Josephus, lib. XII *Antiquit. cap. v*. Sic apud Plutarchum legimus aquilam C. Mario reditum cum summa gloria et triumpho portendisse, cum anguum ungubus arreptum dilacerasset, et in aquas abiecisset, atque inde occasum versus avolasset:

Sic aquila claram firmavit Jupiter omen,  
Partibus intonit celi Pater ipse sinistra.

Gestarunt ergo haec tribus gentilium familiæ et parentum suorum stemmata pro insigni et vexillo: unde in Hebreo haec vexilla vocantur *signa plurimum suorum*.

Porro haec insignia quatuor animalium censem Prado significari a Psalte, *Psalm. LXVI*, cum loquens de castris Hebreorum ait: « Animalia tua habitabunt (id est habitabant) in ea, » q. d. In tua hereditate, in tuis castris, in tuo populo, o Dominus, visebant olin in deserto vexilla insignita figuris quatuor animalium, puta hominis, leonis, aquilæ et vituli. Additum Prado plane videri has quatuor animalium figuræ desumptas esse ex Cherubinis arcis; Deus enim sua attribuit, maiestatem, gloriam et triumphos per haec quatuor animalia, quasi stemmata sua significare voluit, ideoque suos Cherubinos ita fieri et fingi jussit, ut horum quatuor animalium speciem referant, ut dixi *Ezech. xxv, 18*. Hinc et eadem ad castra et populum suum, eorumque vexilla traduxit. Erant enim haec Dei castra, quorum dux et princeps erat Deus ipse.

Merito ergo castrorum horum pulchritudinem admirans Balaam, cœnit *Numer. xxiv, 5*: « Quam pulchra tabernacula tua, Jacob, et tentoria tua, Israel, ut vallis nemorosa, et horri juxta fluvios irrigui, et tabernacula que fixit Dominus, » etc.

Queres *tertio*, quid mystice haec castra et vexilla significant? Respondet *primo* ex Philone Vilpandus, symbolis in hisce castris Dei totum mundum representari, atque duodecim tribuum insignia significare duodecim signa Zodiaci. Judas enim leonis habet speciem, Ruben aquarii, Ephraim tauri, Dan scorpii ab aquila apprehensi. Vide cetera in idea et imagine ab eo expressa, fol. 470, ubi et per quatuor plagas et per quatuor aries, tam Levitarum quam castrorum, quatuor elementa significari docet, scilicet per Mosen et Aaron, qui erant ad Orientem, ignem; per Gerzonitas, qui erant ad Septentrionem, aquam.

Allegorie, castra haec significant Ecclesiam Christi, de quo dicitur *Cantic. vi, 3*: « Pulchra ut lana, clecta ut sol, terribilis ut castrorum aries ordinatus; » hinc et Deus dicitur *saboth*, id est aries et exercitum; haec etiam de causa castra haec erant circa tabernaculum, id est templum Dei, illique commissa erant, adeoque ipsa speciem templi sive Ecclesie exhibebant, scilicet vicissim ipsum templum speciem castrorum refrebat. Unde ille *Paralip. xxxi, 2*, dicitur Ezechias constituisse Levitas, qui « canerent in portis castrorum Domini, » id est templi Moses ergo est Christus, qui in medio duodecim Patriarcharum et tribuum, id est duodecim Apostolorum, in Iudea visus est, adoratusque ut verus creator celi novæque terra, quatuor stipatus valuti Cherubini Evangelistis, quos ad quatuor mundi plaga evançelizare transmisit. Hinc Cherubim ha-

bebant speciem hominis, leonis, bovis et aquila, per quae quatuor Evangelistas adumbrari et depingi patet *Apocal.* IV, 7, idque passim Patres omnes docent.

Archidamus, teste Plutarchio in *Lacuon.*, rogatus quantum regionis Spartani possiderent, respondit: « Quantum hasta pertingimus. » Ita Ecclesia tantum regionum occupat, quantum pugnando contra dämones, infideles et impios subjugavit, ut possit dicere cum Jacobo: « Do tibi partem unam, quam nulli de manu Amorrhæi in gladio et arcu meo, » *Genes.* XLVIII, 22; haec ergo sunt eastra, haec Ecclesia. Agis rex cum prohibetur ad Mantineam pugnare, quod hostes numero vincerent: « Necesse est, ait, contra mulos pugnet, qui multis vult imperare. » Ita Apostoli duodecim, contra totum orbem pugnantes, eum sibi et Christo subdiderunt. Lacea filio in bellum proficisciens porrigenus scutum: « Hoc, ait, paler tuus semper servabit, itaque aut tu item facito, aut peri. » Idem dicit nunc Ecclesia cuivis fidelis. Alla cum solemni pompa coronata interesset, audiens filium in prelio victorem occubuisse, non detracta corona, sed jactabunda proximis dixit: « Multo pulchrius est, o amice, vincentem in acie mortem oppretre, quam superstitionem vincere. » Idem dicit Martyr, qui patiënt, idem doctor et concionator, qui laborando pro gloria Dei occubuit.

E contrario Damatia filium ad se reversum, quod in bello timide et indigne se gessisset, interfecit. Lacea alia ad filium fuga servatum scriptis: « Mala de te fama –spargitur, aut iugur hanc aliæ, aut vivere cessa. » Alla, cum filii e prelio fugissent, et ad ipsum venirent: « Quo, ait, perfugre voluntis, malum mancipia? an huic (venerem ostendens) unde existis, redditur? » Alia filium e fuga adventante cernens, rogarvit quo loco essent res patris; cumque es responderet esse occiso, tegula eum occidit, dicens: « Ergo te infausta rei nuntium illi miserum nobis? » Cum quidam narraret matri fratrem honestam mortem occubuisse: « Nonne, ait, turpe est te talis comitatus occasione amississe? » Quid jam dicat fidelis, quid miles in castris Ecclesiae? dicat utique cum Machabeis: Moriamur fortiter in prelio, nec inferamus crimen glorie nostra. Bilitamus regnum Christi, toto orbe evangelizemus; si cadamus, si occidamus, Martires resurregimus.

Particulariter vero S. Ambrosius, lib. II *De Salomon.* cap. II, Christum comparat aquilam cum dracone pugnantem, quod fuit stemma Dan, dum ait: « Ut aquila serpentes devorat, et eorum venenam calorem concupisco inferno, ita et Christus Dominus noster dracone percurso, id est diabolo lacerato, dum humanan sibi corpus assumit, peccatum illud quod hominum tenebat obnoxium, tanquam perniciosum virum extinxit, sicuti Apostolus ait: Et de peccato damnavit peccatum in carne sua. »

Verum apius singula sigillatim ita adaptat Rabe-nus hic. Hec, ait, castorum acies est Ecclesia, tam novi quam veteri Testamento. Levites sunt sacerdotes et clerici: hi sacra custodiunt, et pro eis depugnant, eosque ambit et protegit populus, qui a quatuor mundi plagiis ad Ecclesiam venit; a singulis quatuor lateribus est trinitas tribuum, id est fides SS. Trinitatis; duodecim principes sunt duodecim Apostoli, quorum precibus et doctrina munitor Ecclesia.

Ab Oriente est Iudas, quia ex Iuda ortus est Christus, cuius nomen est Oriens. Rursus per Orientem, ubi erat introitus tabernacula, significatur primitiva Ecclesia, et initium conversionis fidem ad Christum: hic est Iudas, id est confessio; et Issachar, id est merces et Zabulon, id est habitaculum fortitudinis: quia Confessores Christi in Ecclesiis, que Dei domus est fortissima, per Christum introitum habent, ut in ea præmercede aeterna laborent.

Plaga Australis antiqua: Dei plebem, olim a Deo illustratam significat: hic est Ruben, Simon et Gad; quia S. Patres, qui initium mentis ad voluntatem Dei Patris videndum bene exaceruerunt, obedientiæ studium rite illi impendebant, accingentes se armis justitiae contra leonem rugientem et dämonem meridianum, sibique quasi dicebant: Esto Ruben, id est vide to esse filium Patri aeterni; cui debet esse Simeon, id est obediens; ut sis Gad, id est accinctus contra demones. Rursum esto Ruben, id est, vide ut filios Deo proceres.

Aquila significat Gentium multitudinem, que usque ad Christum tenebris et frigore infidelitatis torpuit: hic est Dan, id est iudicium; Aser, id est beatus; et Nephtali, id est collectans, vel dilatatus: quia spernitibus Judeis verbum Domini, justo iudicio Dei, per multitudinem Gentium dilatatus, et lucians Ecclesiæ populus, aeternam beatitudinem sperare et querere non desistit.

Occidens, sive ultima pars tabernaculi, significat impletione Ecclesiæ, que fit in fine mundi, cum omnis Israel salvis fieri: hoc sunt Ephraim, id est, crescentes; Manasse, id est oblivio et Benjamin, id est filius dexter: quia tunc in persecutione Antichristi probabantur, et meritis acrecent electi, tumque aderit hora, qua in obliuionem mortis perpetua impisi traditi, justi ad dexteram Dei in aeternum cum Domino regnaturi collocaebantur. Huc usque Rabanus.

Queritur quarto, quid haec eastras significent tropologice et analogie? sensus enim literaliter hic facilis est; sed spiritualis, quod hic occultur, illustris est. Respondeo: Anima quellibet fidelis et sancta est tabernaculum Dei, ut dicit *Exodus* XXVI, 1. Aspectus ad Orientem significat mentis illuminationem et purgationem, que perfectior *Juda*, id est vera confessione; et *Zabulon*, id est fortitudinem penitentia; et *Issachar*, id est ipsa mercede. Ma-

ridies significat mentis inflammationem et ardorem, quam perfectit *Ruben*, id est visio et procreatio filiorum in Spiritu; ac *Simeon*, id est obedientia; et *Gad*, id est fortitudo in adversis. Aquilo dämonis et hostium aliorum tentamenta significat, contra que munimur castri *Dan*, id est metu extremi iudicii; et *Nephtali*, id est continuatione lucta; et *Aser*, id est memoria beatitudinis aeternæ. Occidens significat perfectionem animæ, quam prestat Ephraim, id est fruges et incrementa continua bonorum operum; ac *Manasse*, id est oblivio rerum temporum; et *Benjamin*, id est dextera et virtus Patri nostri Dei: haec omnia pene habet Abulensis hic, *Quæst. ultim.*

Anagogie, estra hec cœlum Beatorum, et cœlitum coelestem significant. Unde *Apoc.* XXI, 16, dicitur ipsa in quadro esse posita, æque ut haec estra; atque duodecim habent portas, videlicet a quolibet latere et plaga tres, inscriptis nominibus duodecim tribuum filiorum Israel: duodecim enim tribus omnes versus Israhæta, id est electos, qui illi civitate dominabantur, significant. Itaque ingrediebatur in cœlum per portam *Levi*, vel ut *Levi*, sacerdos, qui bene profuit saeculo; ingrediebatur per *Juda*, vel ut *Juda*, princeps, qui bene profuit populo; ingrediebatur ut *Simeon*, qui suis præpostis fuerunt obedientes; per portam *Isaacar*, vel *Manasse*, Monachi et Religiosi, qui solitupates presentes calcant, spe in eternam mercedem defixi; ingrediebatur per portam *Ephraim*, qui fructibus misericordie abundavit; per *Dan*, iusti iudices. Catena collige et applica ex tropologia paulo ante assignata. Ita *Origenes*, homil. 1, et ex eo Rabanus.

9. PER TURMAS SUS PRIMI EGREDIENTUR. — Non quod simul haec tribus pari gressu proficerentur: hoc enim sede per viarum angustias fuisse impossibile, sed quod prognati ex tribu Juda primi essent, preirentque ceteras omnes tribus. Duodecim ergo tribus in 4 acies fuerunt distribute, que hoc ordine procedebant. Prima acies, eaque fortissima erat tribus *Juda*: hinc non pari passu comitabatur, sed a tergo pons sequebatur proxime *Isaacar*, deinde *Zabulon*: adeoque haec trias tribus unam, videlicet primam aciem confabunt, 486 milium bellatorum, ut patet vers. 9. Secunda acies erat tribus *Ruben*, que sequebatur tribum *Zabulon*: post *Ruben* incedebat *Simeon*, post humo *Gad*: eratque haec acies secunda, æque ac prima, triplex, videlicet ex tribus jam dictis tribus coniuncta, continebaturque 480 milia bel-

(1) Rectius, in hebr. est, quemadmodum castra metantur, ita proficerentur, id est, quem locum et stitum tabernaculum convenerunt in castrorum statione habet, eundem habeat proficerendo. Vulgati tamen verso probari potest, si nempe נס נס sit tentoria figere, יתנו vero ea revellere, amovere.

## CAPUT TERTIUM.

## SYNOPSIS CAPITIS.

*Levitas loco totidem primogenitorum Israel, suo cultui deposcit Deus. Secundo, vers. 15, numerantur Levitas ad 22 milia, et inter eos custodia rerum tabernaculi distribuitur.*

1. Ha sunt generationes Aaron et Moysi, in die qua locutus est Dominus ad Moysen in monte Sinai. 2. Et ha nomina filiorum Aaron : primogenitus eius Nadab, deinde Abiu, et Eleazar, et Ithamar. 3. Ha nomina filiorum Aaron sacerdotum, qui uncti sunt, et quorum replete et consecrata manus ut sacerdotio fungentur. 4. Mortui sunt enim Nadab et Abiu, cum offerrent ignem alienum in conspectu Domini in desertu Sinai, absque liberis; funeris sunt sacerdotio Eleazar et Ithamar coram Aaron patre suo. 5. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : 6. Applica tribum Levi, et fa stare in conspectu Aaron sacerdotis ut ministrent ei, et excubent, 7. et observent quidquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo testimonii, 8. et custodiant vasa tabernaculi, serviientes in ministerio ejus. 9. Dabisque dono Levitas 10. Aaron et filii ejus, quibus traditi sunt a filiis Israel. Aaron autem et filios ejus constitues super cultum sacerdotii. Externus, qui ad ministrandum accesserit, moxter. 11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens : 12. Ego tuli Levitas a filiis Israel pro omni primogenito, qui aperit vulvam in filiis Israel, eruntque Levite mei. 13. Meum est enim omne primogenitum, ex quo percussi primogenitos in terra Aegypti : sanctificavi mili quidquid primum nascitur in Israel ab homine usque ad pecus : mei sunt, ego Dominus. 14. Locutusque est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens : 15. Numera filios Levi per domos patrum suorum et familias, omnem masculum ab uno mense et supra. 16. Numeravit Moyses, ut praeciperet Dominus, 17. et inventi sunt filii Levi per nomina sua, Gerson et Caath et Merari. 18. Filii Gerson : Lebni et Semei. 19. Filii Caath : Amram et Jesaar, Hebron et Oziel. 20. Filii Merari : Moholi et Musi. 21. De Geron fuere familia duae, Lebnitica, et Semeitica : 22. quarum numeratus est populus sexus masculini ab uno mense et supra, septem millia quingenti. 23. Hi post tabernaculum metabantur ad Occidentem, 24. sub principe Eliasaph filio Lael. 25. Et habebunt excubias in tabernaculo foderis, 26. ipsum tabernaculum et operimentum ejus, tentorium quod trahitur ante fores tecti foderis, et cortinas atrii : tentorium quoque quod appenditur in introitu atrii tabernaculi, et quidquid ad ritum altaris pertinet, funes tabernaculi et omnia utensilia ejus. 27. Cognatio Caath habebit populos Amramitas et Jesaaritas et Hebronitas et Ozielitas. Ha sunt familiae Caathitarum recentissite per nomina sua : 28. omnes generis masculini ab uno mense et supra, octo millia sexcenti habebunt excubias Sanctuarii, 29. et castrametabuntur ad meridianam plagam. 30. Princepsque eorum erit Elisaphan filius Oziel ; 31. et custodient arcam, mensamque et candelabrum, altaria et vasa Sanctuarii, in quibus ministratur, et velum, cunetamque hujuscemodi supellecitem. 32. Princeps autem principum Levitarum Eleazar filius Aaron sacerdos, erit super excubiores custodia Sanctuarii. 33. At vero de Merari erunt populi Moholitae et Musitae recensiti per nomina sua : 34. omnes generis masculini ab uno mense et supra, sex milia ducenti. 35. Princeps eorum Suriel filius Abihaiel : in plaga septentrionali castrametabuntur. 36. Erunt sub custodia eorum tabula tabernaculi et vectes, et columnae ac bases earum, et omnia quae ad cultum hujuscemodi pertinent : 37. columnaque atrii per circuitum cum basibus suis, et paxilli cum funibus. 38. Castrametabuntur

COMMENTARIA IN NUMEROS, CAP. II

ante tabernaculum fœderis, id est ad orientalem plagam, Moyses et Aaron cum filiis suis, habentes custodiam Sanctuarie in medio filiorum Israel; quisquis alienus accesserit, morietur. 39. Omnes Levitæ, quos numeraverunt Moyses et Aaron juxta præceptum Domini per familias suas in genere masculino a mense uno et supra, fuerunt viginti duo milia. 40. Et at Dominus ad Moysen: Numera promogenitos sexus masculini de filiis Israel ab uno mense et supra, et habebis summam eorum. 41. Tollesque Levitas milii pr. omni primogenito filiorum Israel: ego sum Dominus; et pecora eorum pro universis primogenitis pecorum filiorum Israel. 42. Recensuit Moyses, sicut præcepserat Dominus, primogenitos filiorum Israel, 43, et regnabat masculi per nomina sua, a mense uno et supra, viginti duos milia ducenti septuaginta tres. 44. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 45. Tollis Levitas pro primogenitis filiorum Israel, et pecora Levitarum pro pecoribus eorum, erantque Levitæ mei: ego sum Dominus. 46. In pretio autem ducentorum septuaginta trium qui excedunt numerum Levitarum de primogenitis filiorum Israel, 47. accipies quinque sielos per singula capita ad mensuram Sanctuarie. Siclus habet viginti obulos. 48. Da bisque pecuniam Aaron et filiis ejus, pretium eorum qui supra sunt. 49. Tulit igitur Moyses pecuniam eorum qui fuerunt amplius, et quos redemant a Levitis 50. pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginta quinque siclorum juxta pondus Sanctuarie, 51. et dedit eam Aaron et filiis ejus juxta verbum quod præcepserat sibi Dominus.

1. H<sup>E</sup> SUNT GENERATIONES (id est, hi sunt filii) AARON ET MOYSI. — Est metonymia, quia actus ponitur pro effectu, scilicet generatio pro producta et genita. Simili modo capitur generatio Proverb. xxx, 12 et 13, Exodi 1, 6, Psal. XII, 8. Provebit dicitur Exodi VIII, 26.

**AARON ET MOYSE.** — Dices : Hic solius Aaron filii

**AARON ET MOYSI.** — Dices : Hie solius Aaron fili numerantur; ergo male additur  $\Rightarrow$  Moysi. Respondeo etiam Mosis filios his numerari, videlicet inter Levitas : nam Levite, dicti Amramiti, qui numerantur vers. 27 et 28, erant Moses et Aaron (hi enim sunt filii Amram) cura, filii suis : e quibus Aaron cum posteris suis sacerdotum est adaptus; posteri vero Mosis cum reliquis Levitis Caathritis numerantur. Vide I Paralip. xxiii, 13

et 14, qua de causa et Adron ad meo proprie-  
tatum tanquam eo dignior, eo quod esset sacerdos  
et pontifex, quodque familia eius a Deo electa  
et evenita esset ad sacerdotium; familia vero Mo-  
sis ad Levitas esset annumerata, eo quod ex Ge-  
niti matre, puto Sephora Madiantina, esset prog-  
nata, aut Auctor libri *De Mirabilibus Sacra Scrip-*  
*ture*, cap. xxv, qui existat apud S. Augustinum,  
tom. III.

Ubi nota, et vide partim miram Dei electionem, partim quam posteri a parentibus sepe degenerent : Moses enim fuit princeps et legislator, posteri vero fuerunt ignobiles Levitas, cum vice posteri Aaronis patri in sacerdotio et pontificatu successerint.

Vers. 3. 3. QUORUM REPLETE ET CONSECRATE MANUS. — Et  
Replete hic significat, *id est*. Vide Can. 32. Replete enim  
manus, est consecrare manus ad sacerdotium:  
est con- nam in consecratione manus sacerdotum novel-  
secrare. lorum implebantur, tum donis et sacrificiis, tum

(1) Fortasse haec phrasis etiam petitur ab aliquo ritu antiquo Orientis, quo insignia muneris in manum eorum, quibus illud conferabantur, tradiebantur; quod hodiernum fit in clericorum ordinationibus, dum sibi singuli ministri instrumentum aut vas aliquod tangunt Ostiarii, v.g. Ecclesiae claves, sacrum codicem Lectores uiceclericorum Acolyti, etc.

doluit, fit קְהַת kəhat, id est Caat, per communicationem litterarum affinium, scilicet aleph et he, et caph in cop: nam Ecclesiastici lugore debent peccata populi: unde et nulla, id est lugubris, ueste induuntur. *Merari* idem est quod amaritudo: nam Ecclesiastici mortem aliquae novissima, quae amara sunt, assidue mente versare debent, indequè excitare se ad carnis afflictionem et mortificationem. *Lebni* idem est quod candor, puta castitas et puritas vite. *Semei* idem quod audito et obedientia. *Amram* idem est quod populus excelsus, qui dicit: Nostra conversatio in celis est. *Jesuar* idem est quod meridies vel meridianus, qui scilicet plenis solis justitiae, puta Christi, ejusque gratia radios excipit; nam, ut dicitur Proverb. iv, 18: « Justorum semita quasi lux splendens procedit, et crescit usque ad perfectam diem. » *Hebron* idem est quod soletas, puta socialis amor et disciplina. *Oziel* idem est quod fortitudine mea Deus. *Meholi* idem est quod chorus, puta psallendum. *Musi* idem est quod tangens, vel auferens, scilicet peccata in Sacramento penitentie. *Eleazar* idem est quod Deus meus adjutor. *Ithamar* idem est quod ubi palma? quia Ecclesiastici spectant et exspectant bravium in celis. Ita Rabanus hic, folio 33, et duobus sequentibus, atque ex parte Rupertus.

7. OBSERVANT QUIDQUID AD CULTUM PERTINET MUL-TITUDINIS CORAM TABERNACULO, — q. d. Levite mententur castro circa tabernaculum, ut illud, ejusque vasa, quibus tota populi multitudo Deum colit, custodian. Hebreus est, ut custodiant custodi-um eis, scilicet Aaronis, et custodiam omnis congre-gationis, quam scilicet Aaron, et tota populi congregatio ostendit. Quasi dicit: Levite pro populo, proque Aaron pontifice ser-vire debent tabernaculo, illudque custodire, uti explicatur in sequentibus. Fecerunt ergo in Dei et tabernaculo cultu Levite id, quod totum popu-lum facere debuerat; sed quia id ipse per se fa-cere non poterat, hinc loco populi delecti sunt Levite qui ordinata, honeste, decenter et reverenter id ipsum praestarent.

Secundo, aliqui per custodiām congregationis in-telligunt custodianum populi. Sacerdotes enim et Levite sunt custodes et conservatores tam populi, quam tabernaculi, ut scilicet current populum in conspectu tabernaculi et Dei decenter et reverenter se gerere. Eorum ergo era excepibile, ne quid a populo contra Dei honorem et voluntatem fieret, ne falsis opinioribus implicaretur, ne pre-stigii incumberet aut superstitionibus; sed et con-trario eius docere quo ritu, cultu, pietate et pro-bitate Deus esset colandus. In sacerdotibus ergo tota populi custodia posita est, eo quod omnia bona et mala populi pendent a religione: que si recta et pia fuerit, innumera parit bona; sin corrupta et perversa, innumera mala. Hoc est quod ait Dominus, Isaiae cap. LXII, vers. 6: « Super mu-ros tuos, Jerusalem, constituit custodes. Iota die

et tota nocte in perpetuum non facebunt; » et Canite, cap. i, 6: « Posuerunt me custodem in vi-neis; » et cap. v, vers. 7: « Invenerunt me eus-todes. »

9 et 10. DABISQUE DONO LEVITAS AARON ET FILIUS EIUS (q. d. Levitas offeret Aaroni et sacerdotibus, ut ei serviant, idque gratis, et sine pretio; neque enim sacerdotes ad ministeria omnia taber-naculi sufficiunt: unde in subsidium eis Levite) TRADITI SUNT (hebreice dati dati, vel redditus, redditii sunt, id est, absolute Aaroni dati et donati, vel potius donandi sunt (1): necum enim re ipsa dati erant, sed jamjam donandi erant in perpetuum) A FILIOS ISRAEL, — ut hac donatione Aaroni facta, a Deo primogenitos suis redimerent, ut patet vers. 43. Erant ergo Levite id quod sum Diaco ni apud sacerdotos: unde Levita Laurentius vocatur, ex quo sancto Sixto quasi Dia-conus ministrarit.

10. AARON AUTEM, ET FILIOS EIUS CONSTITUTUS SU- PER CULTUS SACERDOTI, — ut scilicet obceant func-tiones sacras sacerdoti, que in veteri lege erant quatuor: minijum primo, sacrificare; secundum, adolere incensum; tertio, singulis sabbatis oppone-re in mensa coram Deo panes propositionis; quarto, quotidie vespre ascendere lucernas.

12. EGO TULI, — ego fers decreti, et jam reipsa feram et tollam mihi Levitas.

PRO OMNI PRIMOGENITO QUI APERIT VULVAM, — qui primo ex matre nascitur. Vide Exodi XIII, 12.

13. MEUM EST ENIM OMNE PRIMOGENITUM. — « Meum est, » non tantum creatione, sed proprie redemp-tione et liberatione, qua primogenitus vestros liberavi ab angelo percutiente primogenitos Egyptiorum, Exodi cap. XII, 23. Rubrum, « meum est » per justam et aquam precepti huius mei, qui absoluimus omnium sum Dominus, exactiōem.

SANCTIFICAVI MIHI QUODQUID PRIMUM NASCITUR IN ISRAEL. — « Sanctificavi, » hoc est mihi sancti-ficari, id est offerri et consecrari, statu et de-crevi.

Nota: Deus hic pro primogenitis Hebraeorum cur tri-bus Levi est ad sacerdotium, et cultum sui in taberna-culo, idque primo, ob zelum, quo tribus haec ultra-

(1) Sunt qui alterum קָרְבָּן karban: alterum sejungentes verba ita convertant, trades itaque Levitas Aaroni et filios eius ut illi addicti; addicti illi sunt, etc. Sed rectius, ut videtur, utrunque vocem conjungunt et a posteriori hemisphericaliter referunt. Verba igitur ita struenda sunt, trades itaque Levitas Aaroni ejusque filii, addicti enim, addicti, inquam, illi sunt et (Aaroni) ex filiis Israelis. Cum Samarit. et Septuaginta, punci libri pr. 17 legunt 17, quo sensu paululum sublevatur. Ceterum, ut amadaverit Winerus, vocalium נִזְנָגָן nizagan al. נִזְנָגָן nizagan quidem de Levitis ipsi usurpatum legitur, qui Aaroni ejusque filii taquam adiutores in peragendo munere sacer-dotiali essent permisi. Series autem eadem illa nomine (forma tantum mutata in נִזְנָגָן nizagan) ministros sacerdotiales oritatis inferioris, eosque a Levitis diversos, fuisse nota-los, ex 1 Chron. ix, 2; Exod. II, 40 seqq., vix, 84; Num. viii, 48 seqq., appareat.

est injurias Dei, occidendo idololatras vituli au-rei, Exodi cap. XXXI, vers. 26 et 29; atque hoc est quod Levi et Levitis dicitur Deuter. XXXIII, 9: « Qui dixit patri suo et matri sue: Nescio vos; et fratribus suis: Ignoro vos; et nescierunt filios suos: hi custoderunt eloquum tuum, et pacum tuum servaverunt, etc. ponant thymianam in furore tuo et holocaustum super altare tuum. » Secundo, quia tribus Levi exteris erat minor, ideoque facile ei poterat a populo; quod omnino facie- dum erat, cum ipsa omnis hereditatis esset ex-pers: alique alia ex parte sufficiens erat ipsa, ad ministeria tabernaculi obeunda. Hisce ergo de causis ius sacerdoti, quod debebatur ipsi Rubru, utpote primogenito Iacobini, in personam incestus ab eo commissi, translatum est in Levi; uti jus regni et primatus inter fratres, ab eodem Rubru translatum est in Judam; et ius duplicitis hereditatis, quod proprio erat primogenitura, translatum est in Joseph, puta in Ephraim et Manasse Josephi filios, ut patet I Paral. v, vers. 1 et 2.

45. NUMERI FILIOS LEVI, etc., OMNEM MASCULUM AB UNO MENSE ET SUPER. — « Ab uno mense, » ut sci-lit has ratione numerus major Levitarum ha-beant, qui pene respondet numero primogenitorum Israel, quibus Levite a Deo surrogantur; alibi vero Levite a 23 vel 30 anno numerantur, quia ibi agitur de ministerio eorum in taber-naculo, quod pueri obire non poterant, nec, etiam si, essent, ut fieret erat aut deinceps.

17. ET INVENTI SUNT FILI LEVI PER NOMINA SUA, GERSON, ET CAATH, ET MERARI. — « Inventi sunt, » non in vita, sed in census hoc et numero; unde hebreice est, et fuerunt isti filii Levi. Nam ipsi jam pridem obierant: ingressi enim erant cum avo Jacobo in Egyptum, ante 217 annos; nam 213 annis vixerunt Hebrei in Egypto: hic autem Levitarum consunt configit secundo anno egressus Hebreorum ex Egypto; nemo autem ea etate tantum vixit, immo Caath tantum vixit 133 annis, ut dicitur Exodi VI, 18.

23. HI POST TABERNACULUM METABUNTUR. — Posteri ergo Gerson, sive Gersonite post tabernaculum atrium, ad Occidentem casta fibigant, Merarite ad Aquilonem, Caathite ad Meridem, Mo- es vero et Aaron ad Orientem. Nota: Simili hic egere juberunt Moyse principes et Aaron ponti-fex, quia, ut ait Rupertus, « ducunt et consulunt fascibus atque regum gladiis egat sacerdos-talis sanctitas, et nihil nullus cum sibi conveniunt, nil porniciosum eum dissident. » Hinc Constanti-nus Magnus Imperator dicebat « se esse Episcopum extra Ecclesiam, » quia curabat quantum poterat, ut Ecclesie conservaretur et propagaretur, nec tamen Ecclesiastica munia usurpabat. Et S. Augustinus, tract. 51 in Joan., docet quemque patrem familias in domo sua debere exercere « Episcopale officium, ut pro Christo, et pro vita eterna suis omnes admonente, doceat,hortetur, corripiat, etc.

25. ET HABEBUNT EXCUBIAS IN TABERNACULO. — Excubias hic metonymie sumuntur pro custodia, quae excubando fit. Rursum, custodia metonymie sumuntur pro re custodienda. Sensus ergo est: « Habebunt excubias, » id est custodient, vel habebunt custodienda ea que sequuntur, scilicet « ipsum tabernaculum et experimentum, » etc. Patet hic sensus ex Hebreo. Unde vers. 32, noster Interpres custodes hos tabernaculi, vocat excu-bitores custodie sanctuarii.

26. IPM TABERNACULUM ET EXPERIMENTUM EIUS, TENTORIUM QUOD TRAHITUR ANTE FORES TECTI FOEDERIS. — Tabernaculum hic vocatur infimum taber-naculum velum, ex decem cortinis compositum, quod proxime ipsas tabernaculi tabulas velabat et operiebat circumquaque, de quo Exod. XXVI, 4 et 6; experimentum vero tabernaculi hic vocatur velum aliud tripex, vel priori decem cortinarum superpositum, scilicet primum sagum cilicinum, secundum sagum ex pelliibus aricotum rubricatum, tertium sagum ianthinum, de quibus Exod. XXVI. Omnia ergo vela tabernaculi portabant Gersonite in profectio-ne castrorum.

TENTORIUM (id est velum) QUOD TRAHITUR ANTE FORES TECTI, — id est tabernaculi, quod undique ex tectum et velatum; loquitur enim hic Moses de velo, quod erat in ingressu tabernaculi, erat que eius quasi janua.

TENTORIUM QUOCUM QUOD APPENDITUR IN INTROITU ATRI TABERNACULI. — Pruis tentoriū. id est velum, erat ipsius tabernaculi; hoc vero est atrii, quo erat ante tabernaculum: utrumque custodia Gersonitarum hic committitur.

Et Quidquid AD RITUM ALTARIS PERTINET. — « Quidquid, » scilicet velorum; agitur enim hic tantum de velis altare ambientibus, ut patet ex Hebreo, Chaldeo et Septuaginta. Hec enim inter alias causa fuit atrii et velorum ejus, videbatur ut ser-virent altari holocaustorum ejusque ritui, id est cultui, utque illud undequegerat. Non ergo distorus in nostra versione est sensus, uti queritur Abulensis; nam noster Interpres, cum ali quidquid, et cortinarum vel velorum ex anteceden-tibus intelligendum relinquit. Agitur enim de Gersonitis qui nulla vasa altaris (hoc enim Caathitarum erat ministerium), sed tantum vela custo-diebant et portabant, ut patet tum ex hoc loco, tum ex cap. seq., vers. 24.

Notandum enim ministeria Levitarum ita a Deo paritula fuisse, ut Caathite custodirent, et in profectio-ne portarent ipsa vasa sacra, ut labrum aneum, arecam testamendi involutam velo, quod pendebat ante Sanctum sanctorum, altaria duo, scilicet thymianum unum, holocaustorum altaria, candelabrum et mensam cum suis utensiliis, ut patet vers. 31. Merarite autem et Gerso-nite custodirent, et in profectio-ne portarent ipsas partes tabernaculi et atrii; sed Merarite solidas, videbatur tabulas, columnas, bases, paxillos et vecies, ut patet vers. 36; Gersonite vero operi-

menta ipsa mollia, videlicet vela et cortinas cum suis funibus, ut patet hoc vers. 26. Ubi adverte Coathitas exteris Levitis fuisse prelatos, et vasa maxima sacra custodisse et portasse, quia ex Caath per Amram descendebat Aaron et Moses: unde et Caathitis praerat Eleazar, senior Aaronis filius, ut patet cap. seq., vers. 16.

28. HABEBUNT EXCUSAS, — id est habebunt custodiā sanctuarī, quoad vasa que sequuntur. Patet ex Hebreo: vide dicta vers. 25.

31. ET VELUM, — quod oppandunt Sancto sacerdotum; huic enim involvenda erat area, portanda a Caathitis, ut dixi vers. 26. Alio enim vela omnia, non a Caathitis, sed a Gersonitis portabantur, ut ibidem dicitur est.

37. PAXILLI CUM FUNIBUS. — Funes intellige eos quibus distendebant et firmabantur columnae tabernaculi, ut explicat Josephus: hosce enim custodiebant et portabant Merarites; nam alios funes, quibus vela paxillis in terra fixis firmabantur, et cortine expendebantur, custodiebant et portabant Gersonites, ut patet vers. 26; itaque nulla es hic antilogia: funes enim columnarum ad Meraritas, funes vero velorum et cortinarum ad Gersonitas pertinebant.

39. OMNES LEVITE VIGINTI DUO MILLIA. — Universim erant 22300; nam Gersonites erant 7500, Caathites 8600, Merarites 6200, que conflata faciunt 22300.

Dices: Quomodo ergo numerantur hic tantum 22 milia?

Respondeo: Id fit ideo, quia haec 22 milia surrogata sunt pro totidem primogenitili Israëlitarum, ut patet vers. 41. Reliqui ergo trecenti inter Levitas primogeniti fuerunt, ac proinde inter primogenitos censentur, non inter Levitas, hac redemptio, utpote qui et ipsi, ut primogeniti, redimi debent, non autem redimerent alios (1).

Numerantur hic etiam Moses et Aaron; nam illi, « omnes Levite. » Nec enim Aaron erat primogenitus Amram patris sui, quia Maria soror Aaronis eo erat senior, ut colligitur Exod. ii, 7. Erat enim ipsa puella grandis, cum Moses nasceretur; tunc autem Aaron tantum erat triennis, tribus enim annis tantum Aaron senior fuit Moses.

(1) Vox γένεται punctis super litteris in texto hebreo est insignita, nulla, ut credibile est, alia ex causa, quam hoc modo osteneret vocem illam in aliis codicibus alesse; et si hic mutatur, consentit vers. 39 cum vers. 5, quo jubetur Moses, non Aaron, censem habere Levitarum, item enim vers. 11, 40 et 44, in quibus Moses Deus aliquotum solus. Prestat tamen eam vocem hic legere, quod videtur Aaron, tribus sum principis, adfuisse Mosi, ut in easteris tribibus censendis singularium principes. Nec quicquam obsat, quod ante non additur nomen Aaronis; nam nou est tanta in Mosico styllo ἀρχή, ut omnia suo loco dicantur, quam sepe ex sequentibus colliguntur circumstantiae in precedentibus omissa.

41. TOLLES PECORA EORUM, — q. d. Separabis aliciorum pecoribus pecora Levitarum, non ut illa immolentur, aut ab aliis auferantur, sed ut mihi cum ipsis Levitis quasi dedicentur sintque mea, sicut ipsi Levite mei sunt.

Nota: Deinceps in deserto non solverunt Israelite primogenita sua Deo, sed tantum in terra Chanaan; ceremonialis enim ibi non sunt servata nisi in Sina, de quo plura cap. v, 2. Levites autem nunquam solverunt primogenita sua, quia ipsi erant ministri, et quasi peculium Dei; unde aliciorum primogenitorum et decimas loco Dei recipiebant. Vide cap. v, initio (2).

46. IN PRETIO, — q. d. Ad redemptiōnē. Jubet enim hic Deus, ut pro primogenitiis Israel Deo dent et consecrarentur Levites, cumque numerus primogenitorum exceederet Levitarum numerum, personis 273: Levites enim erant precise 22 milia, primogeniti vero Israel erant 22 milia, et insuper 273, hinc jubet Deus ut hi 273 prelio redimantur, scilicet quinque sibis in singula capita persoluti. Porro qui ex primogenitiis Israel cum Levitis commutandi essent, qui vero prelio redimendi, sorte data censum est; unde censel Abulensis ex Rabbi Salomone, Moses scripsisse tot chartulas, quod erant primogeniti Israel, sed in 273 chartulis scripsisse et quinque sibis; eas deinde commisssisse, jussisseque ut inde quisque primogeniti uiam tolleret, atque illum in quem cedebat chartula, cui inscripti erant quinque sibi, debuisse eosdem Aaroni persolvere, itaque se redimere.

48. DABISQUE AARON PRETIUM EORUM QUI SUPRA SUNT, — qui superant numerum Levitarum, qui proinde pretio se redimere debent.

50. PRO PRIMOGENTILI FILIORUM ISRAEL, — qui scilicet excedebant numerum Levitarum, ideoque cum eis non fuerant commutati, sed prelio redempti, q. d. Pecunia primogenitorum 273 se redimunt ascendi ad 1363 siblos.

(2) Vers. 43. Incredibilis quibusdam visa est primogenitorum paucitas in populo, qui habebat 603, 350 statim militaris, quibus adhuc addendi sunt qui non censentur, masculi, inter primum expletum mensum et viceversa annis 2; hi vero ad eos relat, qui viessimum annum superant, sunt ut 10, imo ut 12 ad 20; ita ut ex 43 circiter Israëlitis singuli tantum sint primogeniti. Quem nodum ut expediatis interpretate, recte observant, a) non esse computandos eos, qui licet ipsi essent primogeniti, tamen jam erant conjugati et familiae aliquip capti; b) in omnibus illis familiis, in quibus prima proles feminea fuerit, nullus fuisse primegenitum; c) agud Israëlitis in usu fuisse polygamiam; in numerosissim autem familias polygamia tunc tantum fuisse primegenitum, si primo ex parte sololes mascula esset: si feminis, nullus in tali familia potuit esse primegenitus, licet quamplurimi in ea natu sint illi. Cf. "orn. a Lap. tom. I pag. 548, col. 2, § 8. Argum."

## CAPUT QUARTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

Numerantur Levites ab anno trigesimo 8380, qui portent vasa tabernaculi cum movenda sunt casara: et Caathitis quidem assignatur altare utrumque, arca, mensa et candelabrum; Gersonitis vero vela et cortinae, vers. 24; Meraritis autem tabula, columnae et bases, vers. 31.

1. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dicens: 2. Tolle summam filiorum Caath de medio Levitarum per domos et familias suas, 3. a trigesimo anno et supra, usque ad quinquagesimum annum, omnium qui ingreduntur ut stent et ministrant in tabernaculo federis. 4. Hic est cultus filiorum Caath: Tabernaculum federis, et Sanctum sacerdotum 5. ingredientur Aaron et filii ejus, quando movenda sunt castra, et deponent velum quod pendet ante fores, involventque eo arcum testimoniorum, 6. et operient rursum velamine ianthinum pellum, extendentque desuper pallium totum hyacinthinum et inducent vectes. 7. Mensam quoque propositionis involvent hyacinthino pallio, et ponent eum ea thuribula et mortariola, cyathos et crateras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt; 8. extendentque desuper pallium coccineum, quod rursus operient velamento ianthinum pellum, et inducent vectes. 9. Suntent et pallium hyacinthinum quo operient candelabrum cum lucernis et forcipibus suis et emunctoriis et cunctis vasis olei, quae ad concinnandas lucernas necessaria sunt; 10. et super omnia ponent operimentum ianthinum pellum, et inducent vectes. 11. Nec non et altare aereum involvent hyacinthino vestimento, et extendent desuper operimentum ianthinum pellum, inducentque vectes. 12. Omnia vasa, quibus ministratur in Sanctuario, involvent hyacinthino pallio, et extendent desuper operimentum ianthinum pellum, inducentque vectes. 13. Sed et altare mundabunt cinere, et involvent illud purpureo vestimento, 14. ponentque cum eo omnia vasa, quibus in ministerio ejus ostentur, id est, ignium receptacula, fuscinalas ac tridentes, uncinos et batilla. Cuncta vasa altaris operient simul velamine ianthinum pellum, et inducent vectes. 15. Cumque involverint Aaron et filii ejus Sanctuarium et omnia vasa ejus in commissione castorum, tunc intrabunt filii Caath ut portent voluntaria; et non tangent vasa Sanctuarii, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo federis: 16. super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdos, ad eujus curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas, et compositionis incensum, et sacrificium, quod semper offertur, et oleum unctionis, et quidquid ad cultum tabernaculi pertinet, omniunque vasorum, quae in sanctuario sunt. 17. Locutusque est Dominus ad Moysen et Aaron, dices: 18. Nolite perdere populum Caath de medio Levitarum; 19. sed hoc facite eis, ut vivant, et non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron et filii ejus intrabunt, ipsique disponent opera singulorum, et divident quid portare quin debeat. 20. Alii nulla curiositate videant quae sunt in Sanctuario priusquam involvantur: alioquin morientur. 21. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 22. Tolle summam etiam filiorum Gerson per domos ac familias et cognationes suas, 23. a tringinta annis et supra, usque ad annos quinquaginta. Numerantur omnes qui ingreduntur et ministrant in tabernaculo federis. 24. Hoc est officium familie Gersonitarum, 25. ut portent cortinas tabernaculi et tecum federis operimentum aliud, et super omnia velamenta ianthinum, tentoriumque quod pendet in introitu tabernaculi federis, 26. cortinas atrii, et velum in introitu quod est ante tabernaculum. *Omnia quae ad altare pertinent, funiculos, et vasa ministerii,*

27. *jubente Aaron et filiis ejus, portabant filii Gerson : et scient singuli cui debeat onera  
mancipari.* 28. *Hie est cultus familie Gersonitarum in tabernaculo foederis, eruntque sub  
manu Ithamar filii Aaron sacerdotis.* 29. *Filios quoque Merari per familias et domos pa-  
trum suorum recensentis, 30. a triginta annis et supra, usque ad annos quinquaginta,  
omnes qui ingrediuntur ad officium ministerii sui, et cultum foederis testimoni.* 31. *Hae  
sunt onera eorum : Portabunt tabulas tabernaculi et vectes ejus, columnas ac bases earum,*  
32. *columnas quoque atrii per circuitum cum basibus et pavillis et funibus suis. Omnia  
vasa et supellectilem ad numerum accipient, sieque portabunt.* 33. *Hoc est officium fami-  
lie Meraritarum et ministeriorum in tabernaculo foederis ; eruntque sub manu Ithamar filii  
Aaron sacerdotis.* 34. *Recensuerunt igitur Moyses et Aaron et principes synagogae filios  
Caath per cognationes et domos patrum suorum, 35. a triginta annis et supra, usque ad  
annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur ad ministerium tabernaculi foederis :*  
36. *et inventi sunt duo millia septingenti quinquaginta.* 37. *Hie est numerus populi Caath  
qui intrant tabernaculum foederis : hos numeravit Moyses et Aaron juxta sermonem Do-  
mini per manum Moysi.* 38. *Numerati sunt et filii Gerson per cognationes et domos patrum  
suum, 39. a triginta annis et supra, usque ad quinquagesimum annum, omnes qui in-  
grediuntur ut ministrent in tabernaculo foederis : 40. et inventi sunt duo millia sexenti  
triginta.* 41. *Hie est populus Gersonitarum, quos numeraverunt Moyses et Aaron juxta ver-  
bum Domini.* 42. *Numerati sunt et filii Merari per cognationes et domos patrum suorum,*  
43. *a triginta annis et supra, usque ad annum quinquagesimum, omnes qui ingrediuntur  
ad explendos ritus tabernaculi foederis : 44. et inventi sunt tria milia ducenti.* 45. *Hie est  
numerus filiorum Merari, quos recensuerunt Moyses et Aaron juxta imperium Domini per  
manum Moysi.* 46. *Omnes qui recensiti sunt de Levitis, et quo<sup>s</sup> recenseri fecit ad nomen  
Moyses et Aaron, et principes Israel, per cognationes et domos patrum suorum, 47. a tri-  
ginta annis et supra, usque ad annum quinquagesimum, ingredientes ad ministerium ta-  
bernaculi, et onera portanda, 48. fuerunt simul octo milia quingenti octoginta.* 49. *Juxta verbum  
Domini recensuit eos Moyses, unumquemque juxta officium et onera sua, sicut  
praeceperat ei Dominus.*

2 et 3. TOLLE SUMMAM FILIORUM CAATH, etc., A TRI-  
GESIMO ANNO ET SUPRA USQUE AD QUINQUAGESIMUM  
ANNUM, OMNIAQ; INGREDIUNTUR UT STENT ET MI-  
NISTRENT IN TABERNACULO. — Cap. superiori, vers.  
13, a mense primi octatis numerati sunt Levitati  
qui surrogarentur totidem pene primogenitos; hi  
vero numerantur Levita ab anno trigesimo, qui  
hie numerantur tantum viri fortes, qui gravia  
onera et partes tabernaculi portare possent, cum  
movenda erant cestra. Pari modo apud Hebrewos  
nemo ante annum trigesimum docere poterat  
unde anno trigesimo cepit tam Christus, quam  
Joannes Baptista predicare. E tamen haec at-  
maturi iudicij, et iuste autoritatis.

Simili modo in sacerdotibus verisimile est statim fuisse etatem, antequam sacerdotio fungi posse possent, da Abulensis, *Quest. XLII.* sed quoniam ea futili, usquam in Scriptura exprimitur. Quod enim Jos. plus tradit, lycani filium anno etatis decimo octavo punctato facie esse, merito dubitare licet an id recte et secundum iura sit actu. Si enim in Levitis major etas regnatur fuit, ergo nullus magis in sacerdotibus et pontificibus

**3. OMNII QUI INGREDIUNTUR UT STETIT.** — Hebr. omnis qui ingreditur ad militiam, vel exercitum. Hunc enim significat Hebreus τάξις tsaba; Noster tamen tsaba veritatem stationem, quia tsaba deducit a τάξις iatsab, id est stetit: unde et Hebreus linguis pergit, ut Mercerius, Forsterius et ali docent exercitum vocari tsaba, id est stationem, quia est statio militaris.

Militia porro, vel statio vocatur hic ipsa ministratio Ecclesie Levitum in tabernaculo, ut veritus noster Interpres vers. 30. Hec enim militia est, non humana, sed divina, qua ordinatissima seris omnis militum excubabant Levite, *prima*, ad custodiam tabernaculi; *secunda*, ad illud portandum et protegendum; *tertio*, ad subservientiam sacerdotibus, ut sacrificia rite peragerentur, atque ad omnem sacrum famulatum Dei. Hunc hebreusim imitatus S. Paulus, Timotheum Episcopumhortat, ut «militet bonam militiam, habens bonam fidem et conscientiam», »*1 Timoth. 1.* Clerici ergo sunt milites, quorum duos et antesignani sunt Episcopi. Militia enim Hebreis omnem famulatum significat: *hinc Levite, an-*

gali, eccl, sidera omnesque creature vocantur  
milites Dei, dicturque Deus saethath, id est ex-  
eituim, puto militum iam dictorum, estique Sa-  
baoth unum ex decem nominibus Dei, quod Sep-  
tuaginta nunc δυσπέπλιον, id est virtutum, sive po-  
tentiarum; nunc παντοκράτορ, id est omni-poten-  
tem, omnipotentes vincentem, omnibus dominante-  
verunt, teste S. Hieronymo, epist. 136 ad *Murec-  
lam*, Ubi Nota: Levita hic die ieiunio ingredi in mil-  
itiam, scilicet Dei et tabernaculi; alii vero vul-  
gares milites ad bellum euntes, dicuntur egredi  
in militiam, quia peregrine ad bellum et hostes  
suum proficisciuntur.

4. HIC EST CULTUS, — hoc est ministerium, haec  
functio sacra Caathitarum. Patet ex Hebreo (I).  
4 et 5. SANCTUM SANCTORUM INGREDIENTUR AARON  
ET FILII EIUS. — Hinc patet, etiam minores sacer-  
dotes ingressos esse Sanctum sanctorum ad illud  
deponeundum, cum movenda erant cista. Unde  
quod Levit. xvi, et ad Hebr. ix, 7, dicitur, quod  
solus pontifex semel in anno ingredieretur Sanctum  
sanctorum, intellige, quando fixa erant cas-  
tra, in hisque qualcum consibebat tabernaculum  
ad ministrandum et sacris operandum in eo: hoc  
enim solus erat pontificis; non autem quando  
in motu castrorum dissoluendum erat taberna-

Sed et mino-  
res, et  
Levita  
ingredi-  
bantur  
Sancta  
sanctio-  
rum, cum mo-  
venda  
erat ca-  
stra.  
eulum : hoc enim erat minorum sacerdotum, ut  
bene prebat Abulensis, *Quest.* V; nam quando-  
dissolvendum erat Sanctum sanctorum, tunc sub-  
duebat Deus, vel potius angelus, corpus illud  
sive nubes que incubabat et quasi insidebat pro-  
pitatorio, dabatque oracula : unde tunc non erat  
perennius irreverentia, aut quod minores sacer-  
dotes corpus illud Deum representans esse vi-  
suri. Adigit Abulensis, *Quest.* XVIII, ipsos Levitas,  
puta Caithatas, ingressos esse Sanctum sancto-  
rum, ut ejus supellectilem, puta arcum, Cherubim  
et propititorium a sacerdotibus involuta et  
colligata exportaret, ut dicitur versus 45, quia in  
loco suo amota et involutis, omnis gloria Sancti  
sanctorum jam erat ablata, censebaturque jam  
loste iste non esse sacer, sed communis et quas-  
profanus.

Vers. 5. **D. DEponent VELLUM.** — quid dividit Sanctum  
Ordo de-  
positio-  
ni  
Sancto sacerdotum; itaque sacerdotes involvabantur  
nisi  
erectio-  
ne  
et primo aera et Cherubim hoc velo : deinde par-  
nes tr-  
bernum  
bi. lato cocineo para modo involvante mensam, et  
tare et candelabrum, que erant in Sancto. Hac  
enim habebantur sancta et sacra, adeo ut ne locis  
vitius quidem ea nulla tangere , aut videre licet  
sub pena mortis, ut hic dicitur. Omnia ergo vas-  
cum involvabant et velabant sacerdotes, cum mem-  
bri erant castra, ideoque dissoluendum era-  
bibernaculum, deinde ea velata Levitis, puta Car-  
nitis, portanda tradebant. Secundo accedebant  
Gersonite, convolventes et efferentes suas corti-

(2) Hebr. est, hoc est officium, seu ministerium filiorum  
caath in tabernaculo faderis, scil. in Sancto sanctorum  
vel, res sanctissimas, scil. illi curabunt.

nas et vela. Ultimo veniebant Merarite, columnas et tabulas tabernaculi dissolventes et exportantes.

Confrarius erat ordo in creatione tabernaculi, cum figura erant castra : tunc enim primi accedunt Merarit, ut figurae columnas et compingentes tabulas tabernaculi. Secundo venerabatur Geronitae, ut illa suis cortinis et velis obducere terro. Tertio et ultimo acelestant Caithiae, ut tam in Sancto, quam in Sancto sacerdotum vas velata deponenter : que deinde sacerdotes evoluebant, susque locis collocaabant.

6. Et INDUCENT VECTES, — non in arcum, quia jam in eam induci erant, et nunquam extrahebantur, ut patet Exodi xxv, 13; inducent ergo et imponent hos vectes in humeros portantium, putat Caathitarum.

7. THORIBULA. — Hec primo loco ponit nostra Interpres, cum in Hebreo oponatur ultimo loco, idque ad hoc, ut was propria libumnum, putat cyathos et crateras, jungat cum eo quod sequitur, ad liba, id est libamina (ut habent Hebreos) fundenda; thus enim simul cum sacrificiis adolebitur, quod in thoribus hys servabatur; in mortaliis vero, id est sentulis, excipiebat similiter pro mincho, sive sacrificio farceo; in cyathis deinde et crateribus excipiebat vinum, vel oleum ad libandum et effundendum. Hoc enim significat ad liba fundenda. Ubi nota: Licer thus et farina subinda vocerunt libamina, proprie templa sola liquida, ut vinum et oleum libamina sunt.

PANES (propositionis) SEMPER IN EA ERUNT. — *In ea*, scilicet mensa. Intellige hec, in terra promissionis, ubi Hebrew in quiete futuri, rite culti erant Deum, et has ceremonias servatui. Ita aliqui. Verum contrarium videtur verius: loquitur enim hic Moses de eo quod faciendum erat in deserto, eum movenda erant castra, et convasa supellex tabernacula.

10. ET INDUCENT VECTES. — In candelabro nullerant vectes; unde eos alligabant sarcina candelabri, deinde eos in humeros imponebant, itaque portabant candelabrum: in arca vero, mensa et altari erant vectes; unde quod mox vers. 11, de altari dicitur: »Inducentque vectes,» intelligi non in altare, sed in humeros portantium, ut dixi vobis. 6 (9).

11. ALTARE AUREUM, — altare thymiamatis, quo factum erat ex lignis setim, sed obductum laminis aureis, cum altare holocaustorum obductum esset laminis æneis per latera.

13. **SED ET ALTARE** (*holocaustorum*) **MUNDABUN-**  
**CINERE**, — tum victimarum in eo combustarum in  
Sina, tum lignorum, quibus deinceps foventur  
est ignis sacer, juxta preceptum Dei latum *Levi-*  
cap. vi, vers. 12. Nam post egressum ex Sina  
deinceps non sacrificarunt hebrei victimas uia-  
in deserto.

14. FUSCINULAS, AC TRIDENTES, UINCOS. — In Hebreo pro his tribus est una vox מִלְגָה, *milegah*, quae significat fuscinulam, sive a tridentis sit, sive unidens, puta uncinus unius dentis. Omittuntur hic phialae, que habentur in Hebreo, de quo dixi *Ecclesi xv, 29.*

15. NON TANGENT VASA, nuda scilicet, et non operata. Addit S. Thomas Levitas nec ipsa vasa, licet involuta, sed tantum vases eis impositos tegitisse.

Tropologice Origenes, *homil. 4*: « Plebs, ait, Christiana Sancta sanctorum velata super humeros portat, dum Sacramenta suscipit, et preecepta implet, quorum rationem non intelligit. »

16. Super quos (Caathas) ERIT ELEAZAR, — utpote ex Caath orundis, Gersomis vero et Meranitis precerat Ihamar, junior Aaronis filius, sed ita ut super omnes superintenderet, et generaliter providentiam gereret Eleazar.

Ad Cuius (Eleazar) CURAM PERTINET OLEUM, INCENSUM, ET SACRIFICIUM (jugo) QUOD SEMPER OFFERTUR. — Non quod solus Eleazar sacrificaret, aut adoleret incensum, sed quod ejus erat curare et proposcere ne materies hocce, puta ne oleum, simila et incensum decesset. Hoc circa quoad aliqua posita in Levitas partita est, videlicet cura simile, vini, thuris, olei et aromatum, ut patet *I Paral. ix, 29.*

18. NOLITE PERDERE POPULUM CAATH, — ne permittatis Caathis perdi et occidi a me, quod fieri, si tangent Sancta sanctorum, id est vasa tabernaculi sanctissimae.

HIC EST CULTUS, — hoc est ministerium Gerisonitarum. Hebreum enim מַרְאֵת aboda significat opus, servitium, ministerium, et quia hoc sic sacrum erat, ideo a nostro interprete vocatur cultus.

37. HOS SUMERAVIT MOYES ET AARON, JUXTA SERMONEM DOMINI PER MANUM MOysi. — Tis per manum Moysi non ad «numeravit», sed ad «sermonem Domini», q. d. Numerali sunt omnes iuxta sermonem et imperium Domini, qui id fieri justit «per manum Moysi», id est per Mosen ministerium et instrumentum suum. Hoc enim significat manus, utpote que in homine est organum organorum.

p. 49. RECENSUIT EOS MOYES, UNUNQUEMQUE JUXTA OFICIUM ET ONERA SUA, — dicendo videlicet, et singulis imperando: illi Gersomites portent cornas tabernaculi, isti sagum cibicinum, illi velum osifii, et similiter Meroritis et Caathitis, particulariter quibusque sua mania dispergendo. Atque huc videtur fuisse tota functio, totumque officium Levitarum ordinarium usque ad Davidem, videbilest portare et custodire vasa tabernaculi, ut indicatur *I Paral. xxii, 26.* David vero, ut ibidem dicitur, officium canendi, sive psalmendi, aliaeque eiis attribuit, et inter eos distribuit. Dico ordinariis: nam extraordinarie Levite in victimis execrandis, concendis et cremandis juvabantur.

sacerdotes, quando ipsi ad ea non sufficiebant. David Lovitas, patet *I Paral. xxix, 34 (1).*

Ex his legis veteris ministriis orum habuerunt Ministri legis novae, id est ad eorum exemplum va ex in Ecclesia sumi constituti: puta ex Levitis diaconi, veteris ex sacerdotibus filiis Aaron presbyteri, ex pontifice Episcopi, ex cantoribus templi cantores Ecclesie, ex Aaron et filiis eius, qui componabant lucernas, *Ezod. xxvi, 21*, acolyti, quos cerofratos vocant; ex Nathanaeis, de quibus dicendum est *Ioseph cap. ix, vers. ultim.*, subdiaconi; ex Nazareis, de quibus cap. vi, Religiosi. Ita docet Innocentius III, lib. I *De sacro Altaris mysterio*, a cap. II usque ad vii. Jam si tantum fuit officium Levitarum veterum, qui tantum circa tabernaculum sacerdotibus subserviebant, ut Deus significat his signulis sua munia oportere assignet, quantum erit officium Diaconorum et ministrorum novi Testamenti, qui sacrificio corporis et sanguinis Christi deserviunt! sane angelicum est, et ab angelis sepe usurpatum.

Cum aliquando die Pascha in ecclesia S. Mariae Majoris Gregorius I Pontifex celebraret, et «pax Domini sit semper vobis», dixisset, angelus Domini alta voce respondit: «El cum spiritu tuo.» Propter quod Papa ipsa die ibidem celebranti, et «pax Domini», etc. dicenti, nihil responderet, inquit Joannes Diaconus, in Vita S. Gregorii.

Proclus Episcopus et Martyr et Syria Romam venit tempore Justini Imperatoris, totamque Romanam provinciam percurruerunt prediebat, miraculus ac vita sanctitate refulgens. Is cum die quadam rem sacrum faceret presente Valentino Episcopo Interamnensi, angelus Domini acceptum de altari calicem in aera videntibus omnibus sublevavit, ac deinde in altari reposuit sanguine consecrato, sanctus autem presbyter de mandato angelii sanguinem consecratus libavit. Ita refert Petrus Episcopus Aquilinus, lib. I *Catal. Sanct.* cap. xv.

In Vita S. Oswaldii Episcopi Vigorniensis, qui vixit anno Domini 4170, narratur quod angelus ipsi sacrificanti ministrarit officiose, et ad singula responderet.

Frater Joannes de Parma, Generalis Franciscanorum, hora constituta vnde ad sacrificandum, nec comparabat frater ministraturus: mox adest angelus, et fit minister, vultu ac veste referens Religiosum. Sacrificio finito venit frater, rogatus: «Placeat, pater mihi, Sacrum facere? Tum vir Dei cognovit angelum, non Religiosum, Sacro ministrasse. Ita habent eorum Chronicæ, tomo II, lib. I, cap. lvi.

S. Nilus Abbas, epistola ad Anastasium Episco-

(1) Postrema hujus versus verba ex hebr. sic Maurer erit, *recensit ejus*, Mosis, id est, in censum ab eo regati fuerunt illi, quos Iova Mosen censere jussérat. Alli *recensit* positum putant pro *בְּאַשְׁר, prout*.

pum, scribit de S. Joanne Chrysostomo cum, quoties fore celebrabat, angelos vidisse: «Cum ceperit, at, sanctum sacrificium, plurime statim ex illis Virtutibus et celo descendentes, stolis indute splendidissimi, nudis pedibus, intentis oculis, prone altari, magno cum silentio et reverentia, quad venerandum illud mysterium explatum fuit, circumsteterunt. Deinde hoc illuc singula per totam domum diffusæ, presbyteris et diaconibus distributionem corporis et pretiosi sanguinis ministrantibus adheserunt, satientes, et sedulo ministrantes. »

Audi magis mirandum. Christus Dominus dedi sacram communionem, Dionysio Arcopagite. Nam cum ipse carcere cum Rustico et Eleutherio clauderetur, nee posset celebrare, apparuit ei Christus cum angelorum multitudine, et accipiens panem sanctum dedit illi dicens: «Accipe hoc, mihi caro, quod mox tibi complebo una cum Pater meo; quoniam mecum est maxima merces tua, et his, qui audierint te, salus in regno meo. Nunc

age fortiter, et memoria tua erit in laude. » Ita Hilduinus in Vita S. Dionysii.

S. Bonaventure ex humilitate abstinentia sacra communione, quasi indumento, particulam consecrate hostie de manu celebentis per angelum accepit, qui eam illius ori impensis, significans ut omnem sepe celebrandi scrupulam amoveret et cum Creatore suo, a quo amabatur, familiariter conversaretur. Ita habet ejus Vita.

Idem configit cuidam sancte matrone, cui nomen Bertrandia, ut habetur in Vita S. Elzeari, cap. xviii.

In Vita SS. Faustini et I. vita Martyrum legimus, quod, cum ipsi Secundum militem Mediolani baptizassent, et sacram communionem ei dare vellet, nee habuerent panem ex quo eum conficerent, a columba delatum accepissent, eaque simendum porrexerunt. Columba, que est symbolum Spiritus Sancti, significabat in Eucharistia Spiritum Sanctum quoque adesse. Nam ubi est Filius, ibi est et Pater, et Spiritus Sanctus.

## CAPUT QUINTUM.

### SYNOPSIS CAPITIS.

*Jubet Deus irmundos castis ejus. Secundo, vers. 12, fert legem zelotypia, qua mariti uxores de adulterio suspectas per aquas maledictas explorent.*

1. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 2. Præcipe filiis Israel, ut ejiciant de castris omnem leprosum, et qui semine fluit, pollutasque est super mortuo. 3. Tam masulum quam feminam ejicie de castris, ne contaminent eam habitaverim vobiscum. 4. Feceruntque ita filii Israel, et ejecerunt eos extra castra, sicut locutus erat Dominus Moysi. 5. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 6. Loquere ad filios Israel: Vir, sive mulier, cum fecerint ex omnibus peccatis, que solent hominibus accidere, et per negligentiam transgressi fuerint mandatum Domini, atque deliquerint, 7. confitebunt peccatum suum, et reddent ipsum capit, quintamque partem desuper, ei in quem peccaverint. 8. Sin autem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, et erit sacerdos, excepto arietie, qui offert pro expiatione, ut sit placibiles hostia. 9. Omnes quoque primicias, quas offerunt filii Israel, ad sacerdotem perficiunt; 10. et quid/uid in Sanctuarium offerunt a singulis, et traditur manibus sacerdotis, ipsius erit. 11. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens: 12. Loquere ad filios Israel, et dices ad eos: Vir, cuius uxor erraverit, maritumque contemnit, 13. dormierit cum altero viro, et hoc maritus deprehendere non quiverit, sed latet adulterium, et testibus argui non potest, quia non est inventa in stupro: 14. si spiritus zelotypæ concilaverit virum contra uxorem suam, quæ vel polluta est, vel falsa suspicione appetit, 15. adducet eam ad sacerdotem, et offeret oblationem pro illa, dñe manum partem sati farinae hordeaceæ: non fundet super eam oleum, nec imponet ihus, quia sacrificium zelotypæ est, et oblatio investigans adulterium. 16. Offeret igitur eam sacerdos, et statuet coram Domino: 17. assumetque aquam sanctam in vase fictili, et paucillum terræ de pavimento tabernaculi mittet in eam. 18. Cumque steterit mulier in conspectu Domini, discooperiet caput ejus, et ponet super manus illius sacrificium recor-